Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de .
Das PDF wurde erstellt am: 28.08.2024, 07:57 Uhr.

Nikolaus Marschalk

Deflorati Ones Antiquitatum ab Origine Mundi : Universitätsbibliothek Rostock, Mss. Meckl. B 109.5

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0001

Mss. Meckl. B. 109. 1-7

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0002



Hoc Volumine continentur

1. Nicolai Mareschalci Thurij Meckelburgisch Chronicon Reimes weise Mscr:
2. Ejusdem Annales Herulorum ac Vandalorum Lib: VII. geschrieben.
3. Ejusdem Commentariolus Annalium Herulorum sive Megapolensium geschrieben.
4. Dris Lucæ Bakmeisters Continuatio Annalium Mareschalki. Mscr:
5. Nicolai Mareschalci Thurij Deflorationes Antiquitatum ab origine Mundi. geschrieben
6. Eliæ Schedij übersetzung des Mareschalki Annal: Herulorum ~~MSC~~ ins teütsche MSC.
7. Nicolai Mareschalki Thurij der Mecklenburgischen Chronicken ein Kostbahrer Auszug.

Ex Bibliotheca Gardeniana Rostoviensis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0006

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0010

DEFLORATIONES ANTIQUITATUM AB ORIGINE MUNDI



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0011

DE FLORATI
ONE S
ANTIQUITATUM
AB
ORIGINE
MUNDI

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0012

Ad Johannem Rhodium, Urbindaginæ
um, Luconiorum Legatum sum
mum, Nicolai Marescalci, Thurij in
Defloraciones Antiquitatum ab
Origine Mundi

PRÆFATIO.

Cleobulus ille Lindius, unus ex Heptasophis, RHODI Doctissime, beneficij accepti jusfit esse memorem, ut prodidit Laertius Diogenes: quod præceptum, si observassem Ego, jam olim Tibi, quæ pollicitus, præstitissem. Hoc enim me vel Periander Corinthius maxime commonefacere poterat, et ipse è Sapientum eorum Classe, qui ait: Beneficium repende. Nec indignus certe à Te nunc, qui munere me pulcherrimo donasti, accusarer, id quod Publij me Mimi nuper Lectio docuit, Nam beneficium, inquit, dando accepit, qui digno dedit. Dando vero mihi non semel, sed sæpiusculè, admonuisti tandem reddere. Reddo itaq. At nimis, inquies, quam tardiuscule reddis, potuisti enim reddere ocyus, Annæi versum Senecæ antiquum illud objiciendo, Fraus est accusare, quod scilicet non possis reddere. Ultro vero nunc offero, spero, vel inde me habiturum Excusationis veniam aliquam, quum dicat Publius Mimus: Bis est gratum, cum ultro offeras; tametsi Annæi contra Senecæ illud urgeat, Bis dat, qui celeriter dat.

Itaq culpam fateor. At tu quod dedisti, habes maxime, ut dicere solebat Thebanus Crates. Reddo ergo Libros, videlicet Deflorationem Antiquitatum ab Origine Mundi Quinque, cujus Tu es universæ Indagator studiosissimus ut recte ab Indagine nomen rettuleris patrium, Urbindaginæus. Est vero Indago Græcis 5OIXIGNOS plagarum extensio ad indagandas feras. Stoechi vero Varri sunt, qui subarriguntur pennis plerumq rubris ad Cervos præcipue terrendos, quod et Ausonius Gallus cecinit:

Aut cum fratre vagos dumeta per avia Cervos
Circumdas maculis et multa indagine pennis.

Sed et P. Maro Vergilius Libro Georgic: tertio:

Hos non immissis canibus, non cassibus ullis
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ.

Et Ovidius Naso Libro Metamorphoseos decimo quinto:

Nec formidatis Cervos includite pennis.

Libros itaq eos, rogo, pro humanitate Tua summâ, animo accipias æquo, et pro munere quidem tuo ornatissimo literas rursus. Eas enim inter pretiosissima ego habeo, quod vel Madaurensis me Apulejus in Libro de Deo Socratis docuit: Ita enim ait: Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est, Parentes laudas; Dives est, non credo fortunæ, Validus est fatiga-

tigabitur ægritudine; Pernix, abibit in Senectutem;
Formosus est expecta paulisper et non erit. Sola li-
tera nostra sunt nec à Parentibus nec corpore, sive
nies vero in Libris Antiquitatum illis, à justis nostris,
qui olim prodibunt exerceptis præclara fere univer
sim in annum usq; præsentem, Germaniarum maxi
me, imprimis Luconiorum, in quo obsequi uni ti
bi volui. At de futuris Arbiter optimus Maximus
censebit, instant enim tempora formidabilissima.
Audis cotidie jam insolentiam nonnullorum petulan
tissimam. Nocent paucorum exempla complurimis.
Annis vix jam paucis amplius de Religione decre
vit, quam plurimis accrevit. Insaniunt Consecra
nei illorum, addicti, imo adjurati et à quibus ma
xime persvasionis nostræ Christianæ incrementum
speravimus, inde decrimentum exitiale recipi
mus. Utinam Palinodiam recantarent, incompa
rabiliter enim pulchrior est veritas Christianorum
quam Helena Græcorum, ut ait ad Hieronymum
Aurelius Augustinus. Ego vero unus è Populo nun
quam non possum laude non extollere summa omnes
qui contra audenter eunt. At, inquient illi, opemne
feremus, ut Ordinis sacri Viri luxum, fastum, au
ri famem expleant? Peragamus potius, quod in
amicis solitus Siculus Dionysius, qui ut vasa vacua
replevit, plena evacuavit. At nos cum Platone, ver
ba illa Tyrannidem sapere, Illi contra cum Paulo
Tharsense illud ad Romanos capite nono, ex Exodii

bro Capite nono de Pharaone Ægÿptio: Quia in
hoc ipsum excitavi Te, ût ostenderem in te virtûtem
meam et ût annûntietûr nomen meûm in ûniversa
terra. Et libro eodem Capite vigesimo: Ego sûm Do-
minûs Deûs tûûs fortis Zelotes visitans peccata
Patrûm in filios ûsq in tertiam et quartam gene-
rationem. Et ita certe coeli monûmenta porten-
dûnt, Nam Anno abhinc Secûndo, mense Febrûa-
rio Conjûnctiones Siderûm vigena accident,
è quibûs Sedecim de Jovis regia grassabûntûr,
qui pisces, Sidere ejûs ac Saturni sanguinarie
inter sese Gigladiantibûs et mûtationem re-
rûm cûnctarûm subitariam minitantibûs, qua-
lem nûlla adhûc Historiographorûm Secûla an-
notavûnt, à quibûs Superûm Comitijs non tam
Aquarûm, quam Sanguinis eluvies infinûa-
tûr, ordinis praecipûe Sacri, populo hostiliter
adversûs Conspirante in annûm duodevigesi-
mûm ûsq factione eâ glisente ac tûm vel
maxime saevitûra. Verûm enim vero è No-
stercûlis haec inter Cantharos laeti, illi et nasû-
tuli explodent facile et exsibilabûnt Epicûro,
Diagorae Evemero, Melio, Theodoro Critolao,
Diodoro impijs non mûlto meliores. A signis,
inquient, coeli, nolite metûere, quae timent gen-
tes ût admonet Vates inclytus Hieremias Capite
decimo, quia leges populorûm vanae sûnt. Lûdent
et

et Sybariticis scolium cantitabunt Sardanapali
tium ἐλευθεροστόμοι: Ede, bibe, lude. Et Ver
gilianum Hemistichium citabunt: Pereat, qui crasti
na curat. Insanient, inquient, Planetarij, qui è spe
cie et involucriscutis ista suis decernunt et non modo
illi sic verum optimarum studiosos, verum studia etiam
inclyta ipsa contemnent, quæ nec didicere nec consequi
possunt. An Noas Cataclysmum futurum non tam ex
Astrorum ratione quam Dei monitu et agnovit et præ
dixit ut scripsit Moses Libro Geneseos capite sexto,
à Gigantibus nihilotamen seciùs corrusus vir opti
mus, ut prodidit Babylonicus Berosus. Nihil, inqui
ent, in nos valent sidera, et nos quoq; coelestium vi
nihil evenire mortalibus, nihil esse in Senatu eorum
scelestum fatemus. Nec Dei jussu Sydera necessario
vim suam explere, quum quod de Deo sentiendum,
illorum Voluntati tunc tribueretur, Non enim Syde
ra fata futurave decernunt nimirum inanima, nec
Decreta Dei necessario ventura, sed agit enim Deus u
niversa Voluntate, nulla naturæ necessitate, quæ Dei
Voluntas verum causa cunctarum, cujus Æneas Pla
tonicus in Theophrasto voluntatem nunquam potentia
asseverat definere, quare Sydera naturâ suâ, quæ
à Conditore ac verum omnium Opifice indita,
inferiora variant, alternant et inclinant, indicant q
futura non faciunt. Nonne librarias illas Jovis mi
rum in modum observavit Antiquitas. quippe quæ

futura literis veluti conscribillarent. Est enim Coelum libro non absimile, si modo idoneum invenerit Lectorem. Et jam fata, inquient, si sunt, nunquam declinabuntur. Nam Hermes, ajent, Trismegistus omnium maximus, tria inquit hæc εἱμαρμένη h. e. fatum, Necessitas, Ordo, Dei sunt nutu effecta. Sed et M. Cicero noster Libro de Divinatione primo. Fati, ait, ratione omnia cogendum fieri. Sed et Homerus fati necessitatem ineffugibilem appellat, Libro Iliados ultimo, Apulejus insuperabilem, Chrysippus Indeclinabilem. Ad hæc melioribus imbutus literis Hemistichij Claudij forte Ptolomæi resonabit: Vir sapiens dominabitur astris. Addat et è sijssitijs obsarticis poculum Helenes illud de libero arbitrio, à quo omnis rerum humanarum actio pendet, jus omne ac injuria, proemium ac poena. Nam ut Aurelius Augustinus libro, de Arbitrio libero, secundo ait, in voluntate meritum, in beatitate autem et miseria præmium atq Supplicium. At ubi est nunc Vir ille sapiens? Quotusquisq nunc, qui voluntate, non dicam voluptate potius quam ratione non agitur rara moderata συντήρησις /: Synteresis:/ quæ Lex Naturæ bonum semper eligens, malum ac pravum fugiens, quam Aurelius Augustinus Libro de Baptismo parvulorum, Lumen, ait, innatum, animæ concreatum, quo dirigimur. Ubi vera συνείδησις h. e. Conscientia? quæ electio deliberativa, quam Damascenus

Senus ille, qui Theologi nomen primus meruit, libro Theologumenon Quarto, Legem intellectus appellat. Premunt ergo mala, quia nemo vere deprecatur, quæ precibus deprecari possent. Nonne Ezechielis Vatis Capite Duodevigesimo admonemur: Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris et non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite à vobis omnes Iniquitates, in quibus prevaricati estis et facite vobis Cor novum et Spiritum novum. Etmox revertimini et vivite. Nonne Esaia Capite trigesimo octavo, et quarto Regum vigesimo, Vates ipse ad Ezechiam Regem missus: Præcipe, inquit, domui tuæ, quia morieris et non vives. Etmox: Audivi orationem tuam et lacrymas tuas vidi et sanavi te, et tertio die ascendes templum Domini et addam diebus tuis quindecim annos. Et apud Jonam Cap: IIItio: Et dixit Jonas adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur et crediderunt Viri Ninivitæ in Domino. Et vidit Deus opera eorum, quia Converti sunt de via sua mala et misertus est super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis et non fecit. Hoc mi doctissime tu Rhodi, rei Ecclesiasticæ observantissime, ceteros admone et erit Oseæ illud adversum Tyrannos capite Secundo: Ego sepiam viam tuam spinis et sepiam maceria. At Psalmographi Davidis trigesimo quarto: Fient viæ illorum tenebræ et

et lubricum et Angelus Domini persequens eos. Hanc vero praefationem meam monitoriam potius, quam Oratoriam, et lacrymabilem potius, quam elegantia amabilem cum Phe-
rillo Theologo et Brandisio antiquario Viris eruditissimis, legendo fusq; deq; feras, et, si qua in libris ipsis depravata offenderis, qualia Lacanus pro Lucanus, Kaustri pro Neustri, Bogorus pro Bogerus, boni Consule. Difficilia vero Commentariolus in Annales Vandalicas facile enarrabit. Vale feliciter ex Rhostochio Anno M.D.XXII.

INDEX

Qua libro Imo continentur?

LIBER PRIMUS: De gestis Memorabilibus aetatis prima usq; ad Diluvium.

Qua Secundo?

LIBER SECUNDUS: De gestis memorabilibus à Diluvio usq; ad Inclinationem Imperij Romani aetatibus quinis.

Qua IIItio?

LIBER TERTIUS: De Regni Romani auspicio ordineq; Regum et Imperatorum ac Vitae tempore, nec non de Viris disciplina excellentibus sub Imperatoribus ac Christianorum Persecutione.

Qua IVto?

LIBER QUARTUS: De Pontificum Ordine deq; eorum insigniter gestis.

Qua Ultimo?

LIBER QUINTUS ac Ultimus: De rebus Vandalicis ac Saxoni-

xonicis, Initioq; de Germanorum excursionibus ac obi-
ter de Religionum auspicijs Rebusq; etiam nonnullis ex-
oticis ad annum 1522.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896445020/phys_0021



LIBER PRIMUS

De Gestis Memorabilibus

Ætatis prima usq; ad Diluvium.

Thales, unus ex septem illis Sapientibus, ac omnino etiam primus, antiquissimum, inquit, eorum, quæ sunt, omnium DEUS. Id quod Laërtius Diogenes annotavit, cujus inveniri nomen non potest, ut ait Xystus Pythagoricus quærere vero effigiem imbecillitatis humana, ut C. Plinius, quem agnoscere tamen omnes cupimus, ut Jamblicus, habere universi, ut M. Cicero de Legibus; qui nunquam fuit, nunquam futurus, sed semper est, ut Plato Academicus, Numanius Pythagoricus rerum Cunctarum unus ex nihilo Conditor ut Moses ait. Lucis ergo appellatione ille coelites primum creavit, subindeq abyssi nomine hylen, indidem firmamentum, dein tellurem et aquam, Luminaria mundi, animantes ex aquis, è terra mortalem, quem Adamum nominitavit, è quo soporato Conjugem desumsit Evam, ut prodidit Moses Libro Pentateuchi primo, qui solus omnium de Protocosmio ac rerum cunctarum processu sapientissime scientissimeq scripsit Auctorum universorum vetustissimus, ut testatur Archilochus, quinq primus Prophetarum leges divinas literis mandavit, Jonachi scilicet tempestate, ut tradidere Clemens, Aphricanus, Tatianus, Fl: Josephus ac Justinus. At Inachus annis vixit quingentis ante bellum Trojanum, sive ut Porphyrius scribit, octingentis quinquaginta. Fuit ergo Moses superior Homero, Hesiodo, Hercule, Musæo, Lino, Chirone

Chirone, Orpheo, Castore, Pollúce, Æsculapio, Libero, Mer-
cúrio, Apolline, út scriptúm reliquit Cæsariensis Cúsebius. An-
tiqui vero coeteri Nabúrtiannus Sadúnas, Seleúcus, Berosús
à diluvio fere coeperúnt, è quibús Berosus in rebús Assyrijs
diligentissimús, út est aúctor Metasthenes Persa. Constitúto
itaq múndo et rebús in eo per dies senos úniversis Opifex i-
pse verúm die coepit septimo feriari. Etenim divina Unitas
semel extra ipsam se profecta die septimo in propodium et
crepidinem sui immobilem sese illatebravit. A luce tempús ex-
ortúm, número motús, ante quod motús quidem, sed qui sine
tempore intelligi haúd quivit. Creationem verúm intellige-
re qui non poterant, Chaos principiúm omniúm tradidere,
quo in número Taautús Ægyptius Orpheús, Ibicus, He-
siodus Aserans, qui separatione in lucem abijsse cún-
cta prodiderúnt, quod et Euripides tragicus cecinit, ac
Titús Lucretius Marcúsq Manilius. At fine exor-
dio úllo múndum asseveravúnt Dicearchus, Architas,
Xenocrates, Aristoteles, Anaxagoras Claromonæus,
Diodorus Siculus. Generatim aliquando Plato, Nu-
manius, Zeno, Chrysippus, Cleanthes, Antipater, E-
picurus, Panatius, Æneas Platonicus, Cicero Libro
de Universitate, T. Lucretius, M. Manilius. Atomo-
rúm dogma Sidonúm erat teste Posidonio Apami-
ense, à Mosco introductúm, vata, qui Trajana an-
tecessit tempora, quem est secútus Epicurus Xeocles
ille Athenienses, qui Democritum deinceps in philo-
sophando. At homeomerias Anaxagoras primus exci-
tavit. A Thalete úsq ad Platonem inane non agnitúm

teste Empedocle Agrigentino. Ceterùm à Platone Ideárum Creatio coepit, Creata vero à Deo ûniversa bona; inter quæ tamen Coelites complûrimi, Phosphoro, ût astrûunt nonnûlli, aûctore et Dûce, momento statim eoq creati cecidere, arrogantia in Creatorem elati, fastû ac denig Philautia, quibûs è throno deturbatis completa tartara, quæ sûb tellûris omnino Visceribûs imis. Nam nec in Sûpremis terræ, ac ne in meditûllio quidem, ne volûptatem aliquam flatûs et spiracûla undecûng salûberrima affevant ijs, quibûs agere modo ûllo volûpe à Conditore negatûm. Aristoteles ingenio Sûmmo Philosophûs in Orbe igneo falsò constitûit, in mûndi videlicet sede media, quod et Pythagoras Samiûs. Tartarorûm vero Decreta ab Hebræis in gentes coeteras sûnt prolata, quibûs primûm Ægyptûs institûta, mox Græci, ex Sacris Orphei, post quem cecinere ea Homerûs, Hesiodûs, Eûripides, Aristophanes, Q. Enniûs, T. Lûcretiûs, Vergiliûs, Statiûs Papiniûs, A. Claûdianûs, ac Dantes etiam Aligeriûs, lingva Hetrûscâ. Paradisûm esse necessûm omnino, ût opûs hoc mortale, sûb Olympo pûlcherrimûm ac sûmmûm editissimûmq tartaris adversûm ûltra mûndanorûm elegantiam menarrabilem declaret. Nam ût maximè mortalium animûs expressio est quædam imaginis divinæ, ita Paradisûs Spectrûm est et figûra sûpercoelestium, sed circo sûb Coelo est, in Oriente, aûctore

re Aúrelio Aúgúſtino ad Oraſiúm, ac in montibús quidem excelſiſimis, quo pervenire dilúvij aqúæ minime poterant, quem locúm flúmina qúatúor rigant, Ganges, qúi et Phiſon, Euphrates, Tigris et Geon, qúi Nilús, telluri noſtra finitimús atq; adeo Contigúús agro corporeo, ſenſili, plantis conſito. Subolentes Vates agnoſcentesq; volúptaria illa, campos introdúxere Elÿſios, quos non núlli in mundo hoc inferiore, plerig vero omnes in Orbe Lúna aút cavo Lúnari conſtitúerúnt útteſt Aúctor Achilles, Aretæiús interpres, qúi eſſe indidem montes prodidit, Urbes ac flúmina. In Paradiſo Protoplaſti prævaricatio, è tranſgreſſione, à quo facinoris Parentúm primogeni Origo, generatimq; efſúſio in poſteros omnes. Qúamobrem à Paradiſi antiſtite tranſgreſſores explosi in Hebrone Syri, ad agricolationem manús converterúnt. Anno ergo ab orbe condito atq; adeo ætate prima, decimo qúinto, Adamús Cainúm in agro Damaſceno cúm Calmana ſorore ex Eva ſúſtúlit, qúi adúltús Abelem púerperio úno cúm Delbora prognatúm exanimavit. Inde percúſſor cúm ſorore profúgús ad Naida venit, útteſt Aúctor Fl. Joſephús Libro antiqúitatúm primo, qúem locúm Eden Moſes núncúpat, qúi in Oriente, út eſt Aúctor Cæſarienſis Eúſebiús. Enon ibi genúit, qúi Enochiam Urbem excitavit teſte Moſe ac poſt eúm Eúſebio, qúam fúiſſe ad Libanúm ac maximam, Beroſús Babÿlonicús Libro primo teſtatúr. Urbes ergo primæ

tum illa ac Abela. At in illa Gigantum sedes, quorum
è Carnibus humanis Convivia, ut scribit Berosus, abor-
sus procurantium, ut edulia inde pavarent, luxu o-
mnifario ab exortu in occasum dominantium, teste
eodem libro primo. Fuisse vero Gigantes ossa facile
refossa declarant, è quorum seminio Antaeus Lybicus,
cujus heroum in Mauritania, ubi inventa à Q. Serto-
rio Romano magnitudinis portentosissimae. Orion
item, cujus repertum in Creta Corpus monte terra
motu convulso cubitorum senum ac quadraginta au-
ctore gravi C. Plinio. At Orestis in Arcadia, teste
Herodoto Halicarnasseo. Sed et atate nuperiore apud
Drepanum Italiae, corpus ingentissimum spectatum in
monte manu sinistra cum baculo, qui malum navi-
gij maximi aequabat, è quo integra cuncta, donec
tangerentur, quem fuisse testantur cubitum du-
centum, dentes tris solidos unciarum Centum,
partemq; Cranei anteriorem modiorum plurium
Capacem. Fuisse illum Buteo et Veneris fili-
um Erycem, quidam narrarunt, qui olim ibi re-
gno potitus ab Hercule occisum et in monte con-
ditum. Alij Entellum, alij Polyphemum Cyclopem
illum, quum et Cyclopes et Lapythae et Centauri,
generis omnes in universum fuerint monstrosi. Et
gigantes, Berosus libro scribit primo reperisse Pa-
piliones, instrumenta Musica et universa ad delicias per-
tinentia, nimirum qui nullum habuerint Matrum, Sororum,
ve

ve aût filiarûm diſcrimen ac ne Deorûm quidem
Religionem agnoverint. Inde et Dæmoniorûm cûm filia-
bûs congreſſûs. At qui Adamûs anno ducenteſimo trigeſimo,
ût Joſephûs Libro primo antiquitatûm, ût Cûſebiûs cente-
ſimo quinquageſimo Zetûm ex Eva ſuſtûlit, qui dein-
ceps Enon cognomento primûm, qui invocare nomen
Domini primûs coepit. Verûm Zetûs Sijderûm ra-
tione pollens, artes à Phaëtonte generis mortalis
nûper repertas et mûndi cûmprimis Creationem cûm
Caini facinore nefando ignis jûxta et omniûm in colû-
mis exſculpſit dûabûs adhibito Tûbalca fabro ferra-
rio primo. Sed et Beroſûs Babylonicûs libro primo
lapidibûs exciſûm ſcribit, tûm futûrûm dilûviûm,
at gigantes corriſiſſe. Enos ergo deinceps Cainan
edidit, qui Mahalaleelem, qui Jradem, qui Enon
ſecûndûm, qui cûm Mathûſalan genûiſſet, anno
quinto ac ſexageſimo, aûtoribûs Moſe ac Cûſebio
ſupervixiſſet, annos trecentos teſte Moſe raptûs
eſt in Paradiſûm. Mathûſalas vero Lamechem
genûit, Lamechas Noan. At Lamechas Biga-
miam orbe toto primûs introdûxit, Conjûgibûs
Sela et Ada, qui et Cainûm Parricidam interemit.
Et per tempora ea mortûûs eſt Adamûs, annos
natûs nongentos triginta ût ſcribit Fl: Joſephûs
Libro antiquitatûm primo, quod et Cûſebiûs ſe-
cûtûs, tûmûlatûsq eſt in Valle Mambre in loco Tere-
bynthi etſi in Colle Solymarûm Conditûm, nonnûlli

scribant, ac reliquias dein in Hebronem tralatas. Mathúsalas erat mortalium únús omnium annosissimús, nimirúm, qui vixit annos nongentos sexaginta novem autore Mose, quem imitatús Eúsebiús Pamphiliús, quamvis alij vixisse illúm scribant annos nongentos octoginta tres. Rufinús Tarantiús Noam ipsum Noæúm et Nochúm etiam nominitat. Arcam ille dilúvij fúturi metú excitavit anno ab Orbe condito millesimo sexcentesimo quadragesimo secúndo, secúto mox completa ea catoclísmo anno ab Adami creatione bis millesimo dúcentesimo quadragesimo secúndo, quamvis Hebræi annos fúisse tantúm mille et qúingentos annos asseverent. At Philon, vernacúlis illorúm doctissimús, mille sexcentos qúinqúaginta sex súppútavit. Et clade ea cúncta extincta, aúctoribús Mose, Berofo, Hellanico, Mnasea, Damasceno, Fl. Josepho, è qúibús Berosús libro scribit tertio stetisse arcam in monte Gordiæo Armeniæ editissimo, servato inibi Noa tantúm cúm liberis et Conjúge ac animantiúm omniúm paribús, sicq; Secúlúm aúreúm súb Satúrno, qúod cúm genere coepit mortali, tralatúm est post dilúvium, cújús Secúli meminere Xenophon et Q. Fabiús, Pictor. Noas filios trís reliqúit, qúibús Orbem terrarúm divisit, út scribit Flaviús Josephús, dúces illos primos constitúens, teste Berofo: è qúibús Asia Semo, Chamo Africa, Europa Japheti accidit. Nec prætermit-

mittendus Tuiscon, quem ex Araxa Noas genuit, ut scribit Berosus Libro quarto, Germanorum ac Sarmatarum patrem fecit teste eodem et illius posteritatem adoptavit, qui fuere Mannus, Ingavon, Istævon, Hermion, Marsus, Gambrivius, Svevus, Vandalus.

LIBER SECUNDUS

DE GESTIS MEMORABILIBUS A DILUVIO

Usq ad Inclinationem Imperii Romani, ætatibus Quinis.

Est jam post aquarum eluviem illam maximam à Semo ætas secunda auspicata, argentea quidem, ac sub Jovis Imperio et nutu. Primum, quod mirabiliter accidit, elatus est Noas anno vitæ suæ nongentesimo primo aucto, re Fl. Josepho libro antiquitatum primo, sive, ut Eusebius, nongentesimo quinquagesimo post cataclysmum trecentesimo quinquagesimo, anno [illegible] Habrahami quinquagesimo octavo, in Italia tumulatus, quæ Kuris tum appellabatur auctore Beroso Babylonico libro primo in monte, qui Janiculus Romæ, cum Janus ipse obinventum à se Vitis beneficium diceretur, quam primus manibus plantavit, ut scribit Berosus libro tertio. Nam Janus lingva Scythica Vitiferum significat, ut est auctor Idem. Celeberrimus post illum Kimbrotus, qui Chami nepos, Saturnus dictus Babylonicus teste Berosoli,

bro quarto, ac Saturnorum omnium primus, quo
auctore turris excitata altitudine passuum mille
centum septuaginta quatuor, montium editissimorum
instar, anno ab orbe condito bis millesimo sexcente//
simo quadragesimo tertio. Et illius demolitionem Si//
bylla cecinit, id quod Josephus libro antiquitatum pri//
mo annotavit et renarrat Firmianus Lactantius,
à quâ re linguarum mutatio. Verum enim vero Moses
Duces ad numerum linguarum constituit quatuor et
septuaginta. Nam Deuteronomij Capite trigesimo
secundo, Altissimus, inquit, in Confusione linguarum
constituit terminos populorum septuaginta lingua//
rum. At Kymbrotus confusus in Italiam cum Came//
se filio parvulo secessit, ubi urbem inauguravit et de
filio Camesen appellavit, qua Roma dein est nuncupata
ut est auctor Berosus Babylonicus; Sed et M. Porcius Ca//
to Italia originem coepisse scribit aureo Seculo sub Prin//
cipibus Dijs Jano, Camese, Saturno. Atqui Roma non
à Romulo, ut putant, nominata, nempe, ante quem coe//
pit annis paulo minus octingentis, teste C. Sempronio,
sed à Roma filia Itali. Coeperunt itaq; tum Regna.
Nam Assyrium, quod et Babylonicum, teste Beroso libro
primo, omnium facile maximum, auctore eodem, ac pri//
mum à Kymbroto inchoavit anno ab Orbe condito ter mil//
lesimo centesimo decimo quarto auctore Ffidoro, à quo
et urbis Babylonis auspicium, quam Regiam esse volu//
it, coepitq; anno post Diluvium centesimo trigesimo pri//
mo, teste Berosolibro Quarto, quam habendam et Urbem Ur//
bi//

bium et regnum regnorum censuit. Mox Ninus, Urbs à filio excitata Nino, qui et Jupiter, teste Berofo, et Belus. Urbs ea in Campis Assyriorum Arturia stadiorum circuitu quadringentorum eo amplius, turribus mille quingentis erecta. A Nino ad Trojæ Captivitatem anni octingenti triginta tris, teste Cusebio Cæsariense. Et jam Idololatria coepit, Semiramis Nini Conjux floruit, qua Æthiopos et Indos bello vexavit. Regum vero Assyriorum novissimus Sardanapalus, qui anno ante Urbem conditam sexagesimo quarto ab Arbacto Præfecto ob desidiam et luxum interemtus ut annotavit P. Orosius. Post Assyrium mox Ægyptium secutum anno ab Orbe condito ter millesimo trigesimo quinto, ubi Rex omnium primus Sores, cujus regni coeteros Manethon diligentissime scripsit, qui post Berosum coepit, in qua Regione eruditi olim Orpheus, Homerus, Solon, Plato. At minime prætereundum regnorum omnium horum antiquius esse Scytharum, auctore vel Trojo Pompejo, nimirum, quod mox anno ab Orbe condito bis millesimo quadringentesimo quinto coepit à Rege antiquissimo Tanao, qui et Tanai amni nomen indidit, et Gothis, at propter mores sui barbaros et efferatos in numerum regnorum neutiquam relatum. Scytas itaq ex Araxa prisca prognatus, Napum edidit et Prutum, ac Hunnum, Herculem et Teutonem, auctore Berofo Babylonico. Et Tanai Regis tempestate Amazones coepervnt, inter Scythas et Albanos secundum Tanaim fluvium. Subortum

interea regnum Chaldæorum ab Arphasate Semi filio, cum sint Arphasatei Chaldæi, teste Fl. Josepho, quorum Caput Babylon. Reperta mox Magia à Zoroastre Persarum Rege anno ab orbe condito ter millesimo centesimo octogesimo tertio, sub quo extincta atas argentea, enata Ænea, sub Venere, cujus auspicium sub Habrahamo, ad quem ab Adamo anni octingenti quadraginta octo. A diluvio duo et nonaginta supra duocentas, ut prodidit Philon. Et Habrahami quidem tempestate Historia primum coepit ut est auctor Cæsariensis Eusebius, quum nec apud Hebræos nec Græcos ante fuisset. Habrahamus itaq; annos jam natus centum, suscepit ex Conjuge Sara filium Isaacum, à cujus genitura ad templi secundi ruinam atq; adeo post Christi Jesu mortem anni sexcenti sexaginta, ad exitum vero populi Israëlitici ex Ægypto quadringenti triginta; ab exitu ad Templum Salamonis totidem; at Salamone vero ad devastationem per Babylonicos Solymis factam anni quadringenti viginti. At Isaacus anno Sexagesimo Jacobem deinceps edidit, qui nonagesimo primo Josephum, Phoroneo jam Rege leges Græcia tradente. Clades post diluvium maxima tum Sodomorum excidium, id quod factum ante urbem conditam anno millesimo centesimo Sexagesimo auctore L. Orosio. Deflagrationem eam coelites tres ab Habraham in Valle Mambre hospitio suscepti, vitulo similaq; epasti prædixerunt, qui et de Ismaele nascituro fatatu-
le

lerúnt, à quo Ismaëlitarúm origo, út à Júdâ ante Jú-
dæorúm, ab Hebere filio Sale Hebræorúm, út sunt te-
stes locúpletissimi Fl. Josephús, Aúreliúsq Augústi-
nús. Et clade ea Lothe solo, qúi in soribús per tempús
idem Segoris habitabat, Aaræ germano, cúm liberis
servato; Conjúnx cúm adversús mandatúm crebriús
respectaret, in Salis statúam contabúit, qúam vi-
disse sese Fl. Josephús testatúr libro antiqúitatúm
primo. Qúæ deflagratio accidit anno ab Orbe con-
dito altero post septúagesimúm supra dúcentesimúm
ter millesimúm, ante Theanthropi ortúm centesimo
sexagesimo, qúâ interiere Urbes quinq ad flúenta
Jordanis, regno Pentapoleos in Arabia confinio si-
tæ Sodomúm, Gomorrúm, Adamúm, Sebois, Se-
gor, anno regni Hebræorúm qúinqúagesimo primo.
Et loco hoc dilúvia peropportúne omnia referen-
da, qúorúm maximúm út dixímus sub Noâ, qúo ge-
nús mortalium úniversúm interiit, Oceanús mon-
tes úniversim editissimos omnes súperavit, id qúod
in Ægypto ac Syria Conchylia relicta etiamnúm osten-
tant, qúod et Halicarnassús Herodotús in literas retú-
lit. Alterúm sub Ogýge prisco út prodidit Xenophon,
qúo Aúctore idem Ogýges orbi úniverso túm imperi-
tavit, qúod dilúviúm menses dúravit novem. Ter-
tium sub Nilo, qúo summersa Ægyptús sub Hercúle
ac Prometheo. Qúartúm sub Ogýge Attico in Achaja,

anno ante urbem conditam millesimo quadragesimo, quod
duravit menses duos. At Ogijges ille Eleusinam Graeciae con-
didit, cujus diluvij meminit P. Orosius. Quintum Deucalionis
et Pyrrhae Conjugis tempestate, quod in Thessalia accidit, cu-
jus metu in Parnassum refugerunt plurimi et Deucalionis
suasu in rupibus sibi consuluere, à quâ re mythologi è
lapidibus referunt genus mortalium reparatum, quod ac-
cidit anno octingentesimo decimo ante urbem conditam, qua
tempestate Amphytrion Athenis regno potitus, qui à Cecro-
pe Rege primo tertius ut est auctor P. Orosius. Et Plato
pestem tunc scribit in Aethiopia ortam maximam. Per tem-
pus vero illud Liber Pater Indiam intravit et subegit, Apis
in Egypto coli coepit, qui et Serapis, currente Jobilaeo
tum ab Orbe condito quadragesimo quarto. Isaaco ferme
nato annos centum. At Thebarum Aegyptiarum eluvi-
es post Deucalioneam accidit annis ducentis ut me-
minere M. Varro et Caesariensis Eusebius. Postremum
Pharaonicum sub Prothco illo Aegyptio, qui Sacerdos
fuit Prothei magni: qua tempestate Helene Menalai in
Graecia ab Alexandro Davide Trojano nupta. At Cecro-
pen, quem retulimus, recurrendum, cujus Seculo Gra-
corum Historia nata ut est auctor divus Hieronymus
in Caesariensem Eusebium, post quem celeberrimum
sub Deucalione diluvium mox incendium fuit Phaetonte.
Floruit vero per tempora illa Erichtonius è Vulcano
et Minerva prognatus Dardanus item Stirpis Trojanae Au-
tor

tor, Liber Pater. Sed et Europa tum raptus à Jove perpetra-
tus. Nec obscura tunc fama Ceres, quæ frumenti sationem
docuit, Isidis delubrum, Eleusina frumenta, Triptolemi
Imperium, Trojæ regnum, raptus Ganymedis, Tantalus
et Tityus. Apollo præterea natus Latonaq Jovis Conjunx
et patritia ut est auctor divus Hieronymus. Mox Cadmus,
qui in Græciam literas attulit, quiq Semelem genuit. Linus
quoq et Zetus, Amphion, Musæus, Orpheus, Ninus, Per-
sius, Æsculapius, Castor, Pollux, Hercules, quorum Apol-
lo Admeto servivit et pecora pavit. Evertitur Ilium Tro-
jæ, atqui longo dein intervallo Homerus florvit, quem se-
cuti Thales et Solon cum Sapientibus alijs. Mox Py-
thagoras, Socrates, Plato, à qua re apertissimum, fuisse
Mosen omnibus illis priorem. Itaq ab anno Mosis octo-
gesimo et egressio filiorum ad Habrahamum anni quin-
genti quinquaginta. Totidem quoq à Cecropis qua-
dragesimo quinto ad Ninum et Semiramidem. Et quo-
niam Jobel annum quinquagenarium apud Hebræos si-
gnificat, luculenter apparet, principium Jubilæi qua-
dragesimi primi coepisse anno ab orbe condito ter
millesimo ducentesimo trigesimo, ad quem ab Adamo mil-
lia annorum duo, ut illi supputant. Sacerdos in Orbe pri-
mus Melchisedechus, cujus varia nativitas, Solyma-
rum certe Rex auctore in Antiquitatibus Fl. Jose-
pho, qui Habrahamum à bello redeuntem, victoriaq po-
titum, pane et vino excepit. Data dein Circumcisio Ha-

brahamo non in Justificationem sed in signum foederis, quo illius posteritas à gentibus coeteris segregata. Anni vero ab Adamo ad Habrahamum octingenti qua-
draginta octo. Verum enim vero anno ab orbe con-
dito ter millesimo quingentesimo quadragesimo quin-
to Hebræos Pharaon servitute immodica pressit, quos
eduxit Moses, qui et Moseus teste Archilocho. Et popu-
lum ille Israëliticum in eremo annos quadraginta aluit,
Leges et literas dedit, ad cujus ortum ab Habrahamo an-
ni quing et viginti supra quadringentos auctore Philo-
ne. Ab eo ad exitum de Ægypto et inchoatum templum
ligneum anni octoginta teste eodem. Ab ædificatione
ad instaurationem sub Dario quingenti duodecim. Mo-
sis itaq contemporaneus Cecrops cognomento Diphyes,
Athenienssium Rex omnino primus, sub quo Oliva
reperta, Minerva Athenas appellavit ipse primus
Jovem. Ante autem Mosen Atlas Astrologus, anno cen-
tesimo quadragesimo quarto, post eum vero Cadmus,
Moseus et Orpheus. Sed et Argonauta vellus rapuere
aureum duce Jasone, quo cum Hercules et Scriptor flo-
ruit egregius Hellanicus. Anno dein ter millesimo
nongentesimo octogesimo primo Priamus Troja re-
gravit, post quem Carmenta literas Romanas inve-
nit, Hercules flamma interijt, Alexander Paris He-
lenen rapuit, Menelai Conjugem, cujus germanus A-
gamemnon Ilium vastavit, bello decennali obsessum,
Æne-

Æneas in Italiam venit anno ferme ab urbe condita quater millesimo vigesimo quarto. At Æneæ filius Ascanius Albam longam condidit anno quater mille-
simo quadragesimo quarto, à quâ Urbe Albanis nomen. Et tempestate ea arca testamenti rapta, ce-
leberrimo tum toto Orbe Homero, Poëtarum omnium Principe, quorum octo fuere, ut annotavit Archilo-
chus, è quibus ultimus Olympiade vigesima ter-
tia floruit, ab excidio Trojano quingentesimo, Maoniús dictus, certamine Olympico Victor, cui soli potestas emendandi Characteres, nomina ac lin-
guam graecam, quem floruisse post Thaletem Xe-
nophon scribit, Samuele Vate tum et Saule He-
brœorum Rege inclytus, sub quibus ætas ænea de-
fyit, coepit ferrea sub Marte, quum Davides Hebræ-
orum Imperio potiretur, cujus tempestate Cartha-
go in Africa à Didone excitata, casu sub Hasdru-
bale rege miserrimo, quo mulierum millia vigin-
ti quinq; Virorum triginta interempta, transfugæ
in universum omnes in Æsculapij fano igne sponte
consumti, inter quos Conjunx Regis cum filijs du-
obus. At Urbs ipsa Carthago diebus continuis se-
ptem arsit, qua Calamitate saxa etiam omnia in
pulverem comminuta, anno à quo condita septinge-
simo, Victore P. Scipione, id quod P. Orosius annota-

vit. Et per tempora ea Solomon templum lapide-
um inchoavit, anno fere ab orbe condito quater mille-
simo ducentesimo quarto, regni sui anno quarto, te-
ste Philone. Mox regnum ipsum Judæorum sub Roboa
Solomonis filio partitum. Numerus tum Prophetarum in-
gens, inter quos Helias et Helisæus, è quibus ille currú
in Paradisum igneo raptus, anno ferme ab Orbe condi-
to quatermillesimo ducentesimo nonagesimo octavo. At
quadringentesimo dein vigesimo septimo Græcia, quum
per æras numerasset, Olympiadem instituit, in quarum
prima pugil fortissimus Milo Crotoniates natus, ut est
auctor A. Gellius Libro noctium Atticarum decimo quarto,
qui dum in vires humanas nimium fidit, factus est præda
ferarum, qua tempestate et Assyriorum regnum sub Sar-
danapalo Rege vitæ licentiosissimæ in Medos transla-
tum est. Olympias vero prima Esaiæ Vatis ævo coe-
pit et qui cum eo prophetarunt, à quâ ad Hyeversi-
onem anni quadringenti sexaginta. At quadragesi-
mo mox tertio Remus et Romulus ex Rhea Ilia Mar-
te compressa editi, quos Faustulus, Etruscus Pastor,
ab eventu Rumulum initio et Rumen appellitavit,
auctore C. Sempronio. Florüit tum Sybilla Samia
sub Tarquinio prisco, Thales Milesius philosophatur,
cujus familiaris Anaximander, quem secuti Artemido-
rus et Agathyrsides, qui res Ægyptias condidit veris-
sime, in Asiaq diu militavit, cujus contemporaneus Apol-
lo

lodorus, Romanorum antiquissimi Etrusci nimirum, qui sub Seculo nati aureo ut scriptum reliquit Myrsili-
us Lesbius. Anno dein quater millesimo quingentesi-
mo nonagesimo octavo Nabuchdonosorus auctore Bero-
so Babylonico Judaeam populabundus ingressus templum
vastavit, captivosq in transmigrationem Babylonum
usq coegit, cujus cladis à Mose ad aedificationem pri-
mam anni quadringenti septuaginta novem. A Salo-
mone ad vastationem anni quadringenti decem: Quo
tempore sub Esdra dein templum restauratum, usq ad
Titum Imperatorem Romanum duravit annis quadrin-
gentis viginti. Et sub finem aetatis illius ferreae Sap-
pho floruit è Lyricis elegantissima, qua cum aetas ea
anno quater millesimo sexcentesimo nono finem coe-
pit, subsequente à Captivitate Hebraeorum aetate quin-
ta, quae calamitas duravit annis septuaginta ad quater
millesimum sexcentesimum septuagesimum nonum, qui-
bus temporibus Darius Persarum regno potitus, sub
quo emancipati Hebraei anno septingentesimo decimo
tertio supra quater millesimum, ad quem à Salomone
anni quingenti duodecim, ut est testis Caesariensis Euse-
bius, annis abeo ad Christi Jesu ortum quingentis de-
cem octo. Mox floruit Xerxes, Regum antecessorum
omnium potentissimus, qui ambulare in mari visus, in
terra navigare, cujusq gregibus flumina maxima non
sufficerant: qua tempestate floruit Herodotus Halycar-

nasaús, Pater Historiæ, Sophocles et Eŭripides tragici. Herodoti contemporaneos fuisse Hellanicum et Thucydi-
dem A. Gellius testatur libro noctium Atticarum decimo quarto, anno fermè quater millesimo septingentesimo trigesimo tertio, post quem Artaxerxes, qui et Asverus literis sacris, cujus secŭlo Cresias Gnidius, Calisthenes, Theopompus imprimisq; Esdras, qui legum monumenta suis restituit, anno ferme septuagesimo tertio. Dari-
us dein Nothus, sub quo Illustris Plato, anno ferme nonagesimo tertio et mox Artaxerxes, Ochus cogno-
mento, qui post exitum de Ægypto Judæos complŭri-
mos in transmigrationem cogens, in Hyrcania ad ma-
re Caspium conclusit, unde olim eruptŭri, ut est P. Oro-
sius Auctor. Et sub Artaxerxe illo florŭit Demosthenes Orator summus ac Aristoteles Stagyrites Philosophorum antesignanus anno quater millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo. Dein Xerxes Persa, sub quo Xenocrates, Aristotelis ante auditor anno septuage-
simo secundo. Mox Cyrus, sub quo inclytus Xenophon ac dein Darius, quem prostravit Alexander ille, qui cognomento Magnus, qui et Solymas cepit, anno ferme sexagesimo octavo, sed et Asiam domŭit, Indi-
am intravit, Porum Indorum ipsorum Regem ele-
phanto exultantem, Bucephalo ipse equo insidens, cer-
tamine singulari congressus victor redyit, et Alexandri-
am in Ægypto condidit, anno regni sui septimo, occu-
pa-

pata ante Babylone Assyriorum metropoli interemptoq;
Dario, anno ferme septuagesimo tertio, ac sic in Ægypto
annos regnavit quinq;, ubi Babylonem alteram excita-
vit, qua Memphis olim, auctore C. Plinio, nunc Alcayrum
vulgo: sub quo floruere Onesicritus et Aristobulus, qui am-
bo ejus in Indiam ac Ægyptum legati. Et Alexander ille
cui mundus non sufficit unus, nempe, qui dicere ad Ami-
cos solebat, quid victo mundo hoc faciemus? fato miser-
rimo abstemptus est, post quem Principes duodecim, re-
gnum inter sese divisere, è quibus Ptolomæus unus Æ-
gypti Rex declaratus. Et sub Ptolomæo Lago, Hellani-
cus sub Philadelpho vero interpretes septuaginta florue-
re, anno ferme quater millesimo nongentesimo quin-
quagesimo primo. At septuagesimo septimo Jesus Sy-
rachius librum Ecclesiasticum, ut putant, edidit, sub Ev-
ergete Rege Ægypti, quem secutus Epiphanes, cujus
tempestate Græcos Romani vicere. Scipio Africam
debellavit, Terentiumq; inde Comicum Nobilem abdu-
xit. At quinquies millesimo centesimo nono, Syria
à Romanis est occupata, post qua tempora Dion-
sius Siculus tyrannus floruit, anno decimo septi-
mo et mox anno quadragesimo septimo. Cn: Pom-
pejus Judæam cepit, cujus tempestate Posidoni-
us Philosophus vixit. Devicit vero Pompejo C. Ju-
lius Cæsar Monarchiam primus constituit anno
quinquagesimo quarto et Cassio interempto ætas ea
floruit. Et jam annus agebatur ab orbe condito quin-

quies milleſimus ducenteſimus decimus, cum Octavi-
anus Auguſtus rerum potiretur, quo cum ætas ſex-
ta auſpicata, cujus annis ſupremis, quum Decreto
Orbem recenſeret, natus Chriſtus Jeſus anno ab Orbe
condito quater milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſi-
mo, à diluvio termilleſimo centeſimo ſecundo. Sin-
ceriores tamen à mundi exordio ad tempus illud
ſupputant annos ter mille quingentos et octo. Aſtro-
nomi millia annorum quinq; trecentos quadragin-
ta quatuor. Ab Adamo enim ad diluvium milli-
a duo ducenti quadraginta duo: Inde ad Chriſtum
millia tria ſeptingenti ſexaginta. Hebræi vero ab
Adamo ad diluvium annos mille quingentos faci-
unt, à diluvio ad Habrahamum ducentos nonagin-
ta duos. Ortu Chriſti venerando tellus Roma in
Trans Tiberina Regione oleum, in miſterij argu-
mentum fluvio diem integrum maravit, quod Ca-
ſarienſis Euſebius annotavit. Sed et Magi ab orien-
te venerabundi venerunt, et die à luſtrico quin-
to Chriſtum in gurguſtiolo Bethlehemitico ſaluta-
runt, adoravuntq; munera affatim offerentes. At
elusus ab illis Herodes, Rex tum Judæorum, omnes
in universum à bimatu infantes et infra tempus il-
lud, trucidavit, interq; illos filium, quo audito, Auguſtus,
malle ſe, inquit, porcum eſſe Regis, quam filium, ut an-
notavit Aurelius Macrobius libro Saturnalium ſecundo.

At

At sub Tiberio anno trigesimo tertio Christus Crucifi-
xus anno Cæsaris ejusdem decimo quinto, ad quem
ab Abrahamo millia duo, quadringenti trigin-
ta, teste eodem; Olympias vero ducentesima de-
cima. Mox Hierosolyma sub Tito Cæsare septimum ca-
pta ac vastata undecies centenis millibus mortali-
um peremtis, ut prodidit Flavius Josephus et milli-
bus centenis captis ac venundatis. At anno divi Con-
stantini Cæsaris trigesimo quinto Synodus Nicæna
celebrata, sub quo Cyriacus Judæus, quiet Judas, di-
ve Helenæ Augustæ crucem sanctam, ostendit reso-
diendam, cruce ipse affixus, à quo Crucifevorum or-
do coepit primum, qui intermissus sub Innocentio ter-
tio, Pontifice maximo Lateranensi Synodo restau-
ratus, quorum regulam edidit Innocentius quartus,
post qua tempora inclinare Imperium coepit.

LIBER TERTIUS

DE REGNI ROMANI AUSPICIO, ORdine Regum et Imperatorum ac Vitæ tempore Nec non de Viris Disciplina excellentibus ac Christianorum Persecutione.

Regnorum inter maxima Romanorum ac no-
vissimum. Nam Assyriorum sub Sardanapalo interijt,
Persarum sub Dario, Macedonum sub Romanis. Coe-

pit vero Romanum à Proca Rege anno, quô de-
sijt Babijlon, sub Arbacto Cijri præfecto, posteaquam
stetisset annis mille centum sexaginta. Condita er-
go est Roma post eversum Ilium circiter annum
trecentesimum trigesimum, Olijmpiade sexta,
quæ annis totidem durans, quot Babijlon à Go-
this est Rege Alarico vastata. Regna itaq ea
per statuam olim Nabuchodonosoro sunt significa-
ta, quam Daniel Vates declaravit. Nam cum ea
apice appareret aureo pectore, bracheis argente-
is, ventre et femore ex ære, tibijs ferreis, Porten-
to hoc postremo Romanum est insinuatum, quod fer-
ro coetera absumsit. At Persarum dentium rictu
triplici, Macedonum Pardo alato, alis quater-
nis et Capitibus totidem demonstratum. Roma-
num vero dentibus bestiæ ferocis. Primus autem
omnino Italiæ Rex Janus, postquam Picus, Fau-
nus, Latinus, cujus tempestate Æneas è Troja
in agrum Laurentem venit et Lavinium condidit
annis tribus regno potitus. Mox Ascanius fili-
us, qui albam longam excitavit, in quâ regnatum
annis ferme quadringentis triginta duobus. Nam
Ascanius annos regnavit viginti octo, Ascanius
posthumus annos unde triginta, Æneas Sijlvius
triginta unum, Latinus Sijlvius quinquaginta u-
num, Alba Sijlvius unde quadraginta, Atijs trîs

supra

supra viginti, Capis duodetriginta, Capetus triginta
tris, Tiberinus novem, Agrippa quadraginta, Aren
tinus triginta septem, Procas viginti duos, Amulius
quadraginta tris. Dein sequuti Reges annis ducentis
quadraginta tribus, qui fuere septem auctore sexto
Rufo ad Valentinianum. Romulus enim regnavit
annis triginta octo, elatus anno ab Orbe condito
quater millesimo quadringentesimo quadragesimo
octavo, ante Christum Jesum septingentis uno ac
quinquaginta. At Senatores tum annum unum di
es senos Numa Pompilius annis quadraginta tribus
mortuus anno ab Orbe condito quater millesimo qua
dringentesimo octogesimo quinto, ante Christum annis
sexcentis triginta septem. Ancus Martius annis vi
ginti quinq, mortuus anno ab orbe condito quater
millesimo, quingentesimo quinquagesimo octavo; an
te Christum sexcentesimo quadragesimo primo. Tar
quinius Priscus annos triginta octo, qui excessit
anno ab Orbe condito quater millesimo quingentesi
mo septuagesimo tertio ante Christum sexcentesimo
vigesimo sexto. Servius Tullius annos quadraginta
quatuor, elatus anno ab Orbe condito quadringente
simo sexcentesimo decimo nono, ante Christum septin
gentesimo octogesimo. At Lucius Tarquinius Super
bus stuprata Lucretia Collatini expulsus est anno
regni vigesimo quinto, anno ab Orbe condito quater mil

lesimo sexcentesimo, ante Christum septingentesimo quadragesimo nono. Sequúti Consúles, quorum primi Június Brútus et Públicola. Numerati vero ex Ordine Consúles octingenti septúaginta septem auctore Sexto Rúfo, è quibus últimi Lansa et Hircejús interlabentibús annis quadringentis, nonnúllis tamen forte, tempore medio súrrogatis. Fúit et Roma sine Consúlibús annis quadraginta quinq. Sub Tribúnis ergo militúm regnatúm annis quadraginta tribús. Interdúm et sine Magistratú. Imperatores à Cæsare Júlio ad Jovinianúm quadraginta tris, auctore Sexto Rúfo. Regúm regnúm dúravit annis ducentis quadraginta tribús, teste eodem. Regnúm Consúlúm, admissis et Dictatoribús, annis dúravit quadringentis quadraginta septem. At Imperatorúm annis quadringentis septem, út scribit Sextús Rúfús. Verúm enim vero C. Július Cæsar, Lúcij filiús, annis quatúor, mensibús septem Monarchiam tenúit, anno ab Orbe condito quinquies millesimo centesimo quinquagesimo tertio, ante Christum quadragesimo sexto, quem secútús est est Augústus Octavianús Cæsar, qúi vixit annis quinquaginta sex, mensibús senis, ab orbe condito quinquies millesimo centesimo quinquagesimo octavo. Dein Tiberiús Claudius Cæsar imperiúm tenúit annis viginti tribús, anno Christi quinto decimo

cimo. Cajus Caligula Cæsar annis tribus, mensibus decem, diebus octo, anno à natali Christiano trigesimo octavo vi‖ta functus. Publius Titius Claudius annis tredecim, mensibus octo, diebus viginti, anno Christi quadragesimo tertio elatus. Domitius Nero Claudius Cæsar annis quatuordecim, mensibus septem, diebus octo, anno Chri‖sti quinquagesimo septimo. Sergius Galba mensibus septem, anno Christi septuagesimo primo. Salvius Otto, mensibus tribus, anno Christi septuagesimo primo. Aulus Vi‖tellius Cæsar mensibus septem, anno Christi septuagesi‖mo secundo. Flavius Vespasianus Augustus annis de‖cem, anno Christi septuagesimo tertio. Titus Vespasia‖nus Cæsar annis duobus, mensibus duobus, diebus vi‖ginti, anno Christi octogesimo primo. Flavius Domi‖tianus annis quindecim, mensibus quinq, anno Chri‖sti octogesimo secundo. Nerva Coccejus anno uno, men‖sibus quatuor, anno Christi nonagesimo nono. Ulpius Trajanus annis decem et octo, mensibus sex, anno Christi centesimo decimo nono. Antonius Fulcius Pius annis duobus et viginti, mensibus tribus, anno Christi centesimo sexagesimo tertio. M. Antoninus Philoso‖phus. M. Antoninus verus. M. Commodus annis trede‖cim, teste Lampredio, anno vitæ trigesimo secundo strangulatus, anno Christi centesimo octogesimo secun‖do. P. Helius Pertinax mensibus sex, anno Christi cente‖simo nonagesimo quarto. Julianus Didymus, annis quin‖

quaginta sex, teste Spartiano, mensibus quatuor, diebus sexaginta quinq. Pescenninus niger, dein Septimius Severus annis decem et octo, mensibus octo, anno Christi centesimo nonagesimo quinto. M. Aurelius Bassianus annis septem anno Christi ducentesimo decimo tertio. Opilius Macrinus, anno uno, anno Christi ducentesimo undevigesimo. Aurelius Antoninus Verus Heliogabulus annis quatuor, anno Christi ducentesimo vigesimo secundo. Severus Alexander, annis tredecim anno Christi ducentesimo vigesimo quarto. Julius Maximinus annis tribus, anno Christi ducentesimo trigesimo septimo. Decius Caelius Balbinus à militibus occisus. Gordianus annos sex, anno Christi ducentesimo quadragesimo. M. Severus Ostilianus venae malo interemptus. M. Julius Philippus, annis septem, anno Christi ducentesimo quadragesimo sexto. M. Quintus Trajanus Decius augustus anno uno mensibus tribus, anno Christi ducentesimo quinquagesimo primo. Verus Gallus Hostilianus cum filio annis duobus, anno Christi ducentesimo quinquagesimo quarto. Aemilianus Lybicus Augustus. Dein Valerianus Colobius annis quindecim, anno Christi ducentesimo quinquagesimo sexto. Marcus Aurelius, Claudius secundus anno uno, mensibus novem anno Christi ducentesimo septuagesimo. Dein Aurelianus, annis quinq. mensibus totidem, anno Christi ducentesimo septuagesimo tertio. P. Annius Tacitus mensibus sex, anno Christi ducentesimo septuagesimo septimo. M. Annius Florianus

et

et mox Probús annis sex, mensibús quatúor, anno
Christi ducentesimo septúagesimo octavo. M. Aúreli-
ús Carús, annis dúobús, anno Christi ducentesimo
octogesimo quarto. Numerianús Carinús et mox Dio-
cletianús annis viginti, anno Christi ducentesimo
octogesimo sexto. Aurelius Maximianús Herculeús,
Alexander Maxentiús, Valens, Constantiús Chlorús.
At Galeriús annis dúobús, anno Christi trecentesi-
mo sexto. Inter Reges vero túnc M. Júliús Lici-
niús Licinianús, mox Galienús, Constantinús Ma-
ximús Pius annis triginta, mensibús decem, anno
Christi trecentesimo octavo, sub quo tralatúm Impe-
rium ad Graecos. Diviso Imperio Anavallianús.
Constantinús annis tribús, Constans dies duo de
triginta. Constantiús annis quatúor. Magnentiús
Britannion annis sex, Silvanús menses dúos,
Gallús Constantinús annis viginti quatúor, mensi-
bús quinq, anno Christi trecentesimo trigesimo nono.
Fl. Claudiús Júliús Julianús annis dúobús, mensi-
bús octo, anno Christi trecentesimo sexagesimo ter-
tio. Jovinianús, mensibús octo, anno Christi trecen-
tesimo sexagesimo quinto. Valentinianús annis unde-
cim, mensibús quinq, anno Christi trecentesimo sexa-
gesimo sexto. Valens, annis quatúor, anno Christi
trecentesimo octogesimo septimo. Gratianús, annis sex

anno Christi octogesimo secundo. Valentinianus secundus, annis octo. Theodosius annis undecim, anno Christi trecentesimo octogesimo octavo. Arcadius annis tredecim, anno Christi quadringentesimo trigesimo septimo. Honorius annis quindecim, anno Christi quadringentesimo undecimo. Theodosius minor, annis viginti septem, anno Christi quadringentesimo trigesimo primo. Valentinianus tertius, Martianus, dein Flavius Valens Leon. Leon secundus. Flavius Valens Zenon Leontis, annis decem et septem, anno Christi quadringentesimo septuagesimo quarto. Anastasius annis triginta sex, anno Christi quadringentesimo nonagesimo. Flavius Valens Justinus annis octo, anno Christi quingentesimo undevigesimo. Fl. Valens Justinianus annis duodetriginta, anno Christi quingentesimo sexagesimo quarto. Tiberius secundus annis septem, anno Christi quinquagesimo septuagesimo primo. Mauritius annis viginti, anno Christi quingentesimo septuagesimo octavo. Phocas annis tredecim, anno Christi quingentesimo nonagesimo octavo. Heraclius, annis viginti septem anno Christi sexcentesimo undecimo. Heraclion, annis duobus, anno Christi sexcentesimo trigesimo octavo. Constantinus tertius, annis viginti septem, anno Christi sexcentesimo quadragesimo. Constans dein ac mox Mezentius, qui ne diem quidem imperavit, anno Christi sexcentesimo sexagesimo nono. Constantinus quartus, annis decem et septem anno Christi sexcentesimo septuagesimo. Constans et mox Justinus Constantis filius, annis decem an

no

no Christi sexcentesimo octogesimo sexto. Leon, annis tri-
bus, anno Christi sexcentesimo nonagesimo sexto. Tiberius
tertius annis septem, anno Christi sexcentesimo nonagesimo
nono. Philippicus Dardanus, anno uno, anno Christi septin-
gentesimo septimo. Anastasius secundus, annis tribus, an-
no Christi septingentesimo undecimo. Theodosius tertius
annis undecim, anno Christi septingentesimo quindecimo.
Leon tertius, annis viginti quinq. Constantinus quintus,
annis decem, anno Christi septingentesimo septuagesimo
octavo. Nicephorus, annis novem, anno Christi nonagesi-
mo secundo supra septingentesimum. Constantinus Sextus
Leontis filius, Carolus magnus, annis quatuordecim, an-
no Christi octingentesimo primo. Ludovicus Pius, annis
viginti quinq, anno Christi octingentesimo decimo quin-
to. Lotharius primus, annis quindecim, anno Christi
octingentesimo quadragesimo nono. Ludovicus Secun-
dus anno uno ac viginti, anno Christi octingentesimo
quinquagesimo sexto. Carolus secundus sive Calvus,
annis sex, anno Christi octingentesimo septuagesimo
septimo. Carolus junior seu tertius, annis vigin-
ti duobus, anno Christi octingentesimo octogesimo
secundo. Arnulphus, annis duodecim, anno Chri-
sti octingentesimo nonagesimo quarto. Ludovicus
tertius, annis sex, anno Christi nongentesimo octa-
vo. Berengarius primus, annis quattuor, anno Chri-
sti nongentesimo decimo tertio. Cunradus et mox

Berengarius secundus, annis quattuor in Italia, anno Christi nongentesimo vigesimo primo. Hugo annis decem, anno Christi nongentesimo vigesimo septimo, à quo Imperium tralatum in Germanos, uti durat adhuc. Henricus annis octo, Berengarius tertius in Italia, annis tredecim, anno Christi nongentesimo trigesimo quinto. Lotharius Hugonis filius, annis duobus in Italia. Berengarius quartus et dein Otto primus, Henrici filius, annis triginta sex. Otto secundus, annis duodecim, anno Christi nongentesimo sexagesimo secundo. Otto tertius, annis decem et septem, anno Christi nongentesimo octogesimo septimo. Otto quartus annos duodeviginti, anno Christi nongentesimo octogesimo septimo, à quo Imperatorum electio, in quâ primus Henricus Primus, qui moderatus Imperium annis undeviginti, mensibus quinq, elatus anno à natali Christiano quarto supra millesimum. Cunradus annos triginta, anno Christi millesimo vigesimo primo. Henricus, annis decem et septem, anno Christi millesimo anno unde quadragesimo. Henricus secundus, annis duode quinquaginta, anno Christi millesimo quinquagesimo septimo. Henricus tertius, annos viginti, anno Christi millesimo centesimo octavo. Henricus quartus, Lotharius quartus, annis undecim, anno Christi millesimo centesimo duodetrigesimo. Cunradus se-

Secundus annis quindecim, anno Christi millesimo centesimo undequadragesimo. Foedericus primus, qui Barbarossa, annis triginta septem, anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo tertio. Henricus quintus, annis octo, anno Christi millesimo centesimo nonagesimo. Otto quintus, annis tribus, anno Christi millesimo ducentesimo nono. Foedericus secundus, annis triginta tribus, anno Christi millesimo ducentesimo duodecimo. Rudolphus annis undeviginti anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimo tertio. Adolphus à Naxonibus, annis sex anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. Albertus annis decem, anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octavo. Henricus sextus, annis quinque mensibus octo, anno Christi millesimo trecentesimo nono. Ludovicus quartus, annis quinquaginta duobus, anno Christi millesimo trecentesimo decimo quinto. Carolus quartus, annis triginta ac uno, anno Christi millesimo trecentesimo septuagesimo nono. Robertus, annis novem, anno Christi millesimo quadringentesimo primo. Sigismundus annos duos de triginta, anno Christi millesimo quadringentesimo undecimo. Albertus, annis duobus, anno Christi millesimo quadringentesimo duodequadragesimo. Foedericus tertius, annis quinquaginta tribus, anno Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo. Maximilianus anno obijt à natali Christiano millesimo quingentesimo

undevigesimo ad Idus Januarias. Ultimus nunc Carolus
Vtus, Maximiliani ex Philippo Hispaniarum Rege nepos.
Ad Viros nunc disciplina sub Cæsaribus excellentes di-
vertendum. Itaq; paulo supra Cæsarum ætatem T.
Lucretius. Q. Ennius, Pacuvius, Q. Ennij nepos, Nævi-
us ac Plautus floruere. Cum Scipione Panætius et
Terentius Afer. Sub Cajo Julio Cæsare Publius et La-
berius, Diodorus Siculus, M. Terentius Varro, unde
cunq; doctissimus. M. Cato Censorinus, generis Romani
scientissimus. M. T. Cicero Romana eloquentiæ Pater.
C. Crispus Sallustius. Sub divo Augusto, Athenodorus,
P. Vergilius Maro, P. Ovidius Naso, Cajus Valerius Ca-
tullus, Sextus Aurelius Propertius, A. Tibullus, Æmi-
lius Macer, Messala Corvinus, Asinius Pollio, Marsus
Rabirius, Sabinus, Fl. Horatius, Plotinus, Valerius Ma-
ximus, C. Julius Solinus, Titus Livius Patavinus, Stra-
bo, Gnosius et ejus Synchroni Xenarchus, Dion Prus-
ensis, Dionysius Alexandrinus, Vitruvius Pollio, in
architectura doctissimus. Sub Nerone, Annæus Se-
neca, Marcus Annæus Lucanus, Asconius Pedia-
nus, Ciceronis Interpres, quem imitati in Veteribus
Porphyrion Acron, Nonius, Marcellus, Festus Pompejus,
Diomedes. Cum Seneca, Marcus Fabius Quintilia-
nus, in Galba Imperium usq; Julius Aphricanus,
Vibius, Crispus, Tracalus, Domitius Afer, Bassus Sa-
lejus, A. Persius, Statius Papinius, Silius Italicus.
Sub Flavio Vespasiano Cornelius Tacitus. Sub Tito Ve-
Spasiano

Spasiano C. Plinius et mox Plinius Caecilius, Dorotheus, Fl: Josephus, Galenus Pergamensis. Sub Domitiano, M. Valerius Martialis, Decius Junius Juvenalis, C. Valerius, Flaccus, Setinus, Xystus Pythagoricus, Agathocles, Cenomanus, Trogus Pompejus, Apollonius Theaneus, cujus Illustrator Philostratus. Sub Trajano, Plutarchus Cheronaeus. Sub Hadriano, C. Svetonius Tranquillus, Secundus Philosophus, Ptolomaeus Alexandrinus, Aelianus, Q. Florens, Tertullianus, Suidas, Sextus, Julius Frontinus. Sub divo M. Antonino, Opianus, Fronto, cujus auditor, Melito Asianus, Apulejus Madaurensis, Vectius praetextatus. A. Gellius, cujus Praeceptor Sulpitius Apollinaris, quorum coaevus L. Paulus Postenus, Marcus Marullus Petronius Arbiter, Justinus. Sub Commodo Julius Pollux. Sub Valentino Decius Ausonius Gallus. Alexandri tempestate, Ulpius Ulpianus Juris Consultorum doctissimus, Caesaris Assessor, ante quem Julius Firmicus. Sub Gordiano, Q. Serenus, Sammonicus. Sub Diocletiano et Constantio, T. Calphurnius, Alphius Avitus, Septimius Afer Terentianus, Rufus Festus Avienius, Aelius Spartianus, Julius Capitolinus, Aelius Lampridius, Trevellius Pollio, Fl: Vopiscus Vulcatius, L. Florus, Et sub Valente Eutropius. Sub Constantino, Dioscorides, Juvencus, Aurelius Prudentius Cassianus, Didymus Alexandrinus, Licentius, Alcimus Fortunatus. Ambrosius haudita mul-

to tempore Origine prior. Origenes Adamantius millibus Librorum sex amplius scripsit, auctore divo Hieronymo, cu-
jus Amator insignis Porphyrius Athenienſis. Sub Theodosio Eusebius Cæsarienſis et cumprimis Cæsari familiarissimus, Jo-
hannes Damascenus, qui Theologumena edidit. Aurelius Au-
gustinus et eorum contemporaneus divus Hieronymus.
Sub Arcadio, C. Claudianus, Sub Totyla, Eurytius et Ful-
gentius. Sub Theodorica, Sidonius Apollinaris, Cassiodo-
rius, Sedulius, Prosper, Martianus Capella. Sub Ludovi-
co Gallo, Rabanus, qua tempestate Strabus Gallus. Neote-
ros praeterire satius, ne si unum aut alterum parum rite
recenſuero, committam Imprudenter. Quare ad Acade-
micos deflectendum. Sub divo Octaviano Augusto inson-
tes abiere in divorum numerum auctore Cædis Herode Re-
ge. Sub Tiberio Hermogildis. Sub Nerone Apostolorum
Princeps Petrus ac Paulus, insuper Cornelius Centurio, Ger-
vasius. Sub Tito Petronella. Sub Domitiano Nereus
et Achilles, sub Trajano Diogenes Quirinus Balbina
Sub Antonio vero, Victor. Sub Commodo, Diva Coecili-
a. Sub Probo Anatholius. Sub Hadriano Chrysostomus,
Eustathius, Sophia. Sub Severo Clemens, Theophilus.
Sub Hælio, Gertrudis, sub Decio, Nestor, Abdon, Sennon,
Romanus, Laurentius Hippolytus, Hirenæus, Metho-
dius Reparata, Januarius, Felix, Philippus Silvanus,
Alexander, Vitalis, Martialis, qui divæ Felicitatis
filij. Sub Claudio Prisca, Marius, Julianus, Casa-
rius, Coecilius, Cyprianus. Sub Diocletiano, Datiano, Ma-
ximi,

ximiano, Lucia, Gregorius, Vincentius, Sebastianus, Bla„
sius. Sub Maximiano, Barbara, Hermolaus, Felix Panta„
leon, Cyriacus, Mauritius, Sergius, Gereon, Saturnus,
Sisinnius. Sub Juliano, Hilarius, Donatus Porphyrius.
Sub Joviniano Cassianus. Sub Valente et Valentiniano, Am„
brosius, Macarius, Optatus. Sub Martiano Germanus.
Sub Anastasio, Fulgentius, Faustus Symmachus, Leonar„
dus, Sub Gratiano Basilius, Sub Numeriano, Maurus.
Sub Valeriano Eugenia, Patroculus, Marinus, Symphro„
nius, Prothus. Sub Heraclio, Florianus, Anasta„
sius, Isidorus, Austrogillus. Sub Maxentio, Agatha
Dorothea, Catharina, Tiburtius, Vincentius, Quinti„
nus. Sub Constantino M., Amos, Sub Constantino
Minore, Cyrillus, Kilianus, Sub Constantino quar„
to, Gangulphus. Sub Constantino Arriano, Gre„
gorius, Paulinus, Victorinus, Gaudentius, Fru„
mentius, Martinus, Bricius. Sub Hunnis, Ni„
casius, Gerardus, Benedictus, Prosper, Cassius,
Eugenius, Undena Parthenon millia, duce di„
va Ursula. Sub Vandalis, Aurelius Augustinus,
Donatus, Severinus, Maurinus, Anscarius. Sub Do„
gno Rege, Christophorus. Sub Francis, Salvius, An„
droclus, Ansbatus. Sub Saxonibus, Thomas Can„
tuariensis, Gotardus, Udalricus, Anselmus, Cla„
ra, Venceslaus, Theobaldus.

LIBER QUARTUS

DE PONTIFICUM ORDINE Deq Eorum Insigniter Gestis.

Primus omnium Pontificum Petrus Galilæus, è Bethsaida, Andreæ Germanus Anno Claudij Secundo, Herodiano Carcere ereptus Romam venit, à Nerone cruci affixus, pedibus in sublime surrectis, anno Dignitatis vigesimo quinto, mense septimo. Linus illi suffectus, anno Neronis postremo, qui præfuit annis duodecim, mensibus tribus, diebus duodecim. Cletus Romanus, Genitore Æmiliano, annis undecim, mense uno, diebus undecim. Clemens I. Romanus Coelimontanus, Faustino Patre, annis novem mensibus decem.

Anacletus Atheniensis, Antiocho Patre, annis novem, mensibus duobus, diebus decem. Euaristus Græcus, Judâ Patre, Judæo professione, Bethleemitico, annis novem, mensibus, diebus decem. Alexander Imus romanus, capite=taurinus, genitore Alexandro, annis decem, mensibus septem, diebus duobus. Xystus /: Sixtus :/ Imus, romanus, Patre Pastore, annis decem, mensibus tribus diebus viginti et uno. Telesphorus, græcus Anachorita Patre, annis undecim, mensibus tribus, diebus duobus supra viginti.

ti. Higinius, Athenienſis, Patre Philoſopho, annis qua-
tuor, menſibus tribus, diebus quatuor. Pius Imus,
Aquilegienſis, Patre Rufino annis duodecim. Ani-
cetus Syrus è vico nimirum Marci, ſive ut Dama-
ſcus, Homouſia, Patre Joanne, annis novem, menſi-
bus quatuor, diebus tribus. Soter Campanus Fun-
damianus, patre Concordio, annis novem, menſibus
tribus, die uno ſupra viginti. Eleutherius Nico-
politanus, Abundio Patre, anno uno ac viginti, men-
ſibus ſex, diebus quinis. Victor Imus Afer, geni-
tore Felice, annis decem, menſibus tribus, diebus
decem.

Zepherinus
Severinus Romanus, Abundio patre, annis
novem. Caliſtus Imus, Ravennas, Demetrio pa-
tre, annis quinq, menſibus duobus, diebus decem.
Urbanus Imus, Romanus, Patre Pontiano, annis
octo, diebus duodecim, menſibus duobus. Pontianus
Romanus, Patre Calphurnio, annis ſex, menſibus
duobus, diebus duobus. Cyriacus anno uno, men-
ſibus tribus, Virgo cum Virginibus apud Agrippi-
nam Ubiorum interemptus. Antherus, græcus, Pa-
tre Romulo, annis tribus, menſe uno, diebus vi-
ginti ac uno. Fabianus Romanus, Patre Fabi-
ano, annis tredecim, menſibus undecim, diebus un-
decim. Cornelius Romanus, Patre Caſco, annis
tribus, diebus decem. Lucius Imus Romanus, Por-

phÿrio Patre, annis tribús, menſibús dúobús, diebús decem. Stephanús Imús Romanús, Júlio Patre, annis tribús, menſibús dúobús. Xÿſtús /: Sixtus :/ IIdús Athenienſis, annis dúobús, menſibús novem, diebústribús. Dionÿſiús, annis ſex, primús è Monachis lectús. Felix Imús Romanús, Patre Conſtantino, annis quátuor, menſibús tribús diebús quindecim. Eutÿtianús, Thúſcús, Urbe Lúnæ, Patre Maximo, annis octo, menſibús decem, diebús quatúor. Marcellinús Romanús annis novem, menſibús tribús.

Marcellús romanús, genitore Benedicto, annis quing, menſibús ſex, diebús viginti et úno. Eúſebiús græcús, Patre Medico, annis dúobús, menſibús ſex, diebús viginti quing. Melchiades Afer, annis quátuor, menſibús ſeptem, diebús novem. Sÿlveſter Imús Romanús, Patre Rúfino, annis viginti et úno. Marcús Romanús, Patre Priſco, annis dúobús, menſibús octo. Júliús Imús romanús, Patre rúſtico, annis decem et ſex, menſibús quatúor. Liberiús romanús, Patre Augúſto, annis decem et ſex, menſibús ſeptem, diebús dúobús. Felix IIdús romanús, Patre Anaſtaſio, anno úno, menſibús quatúor diebús dúobús. Damaſús Imús, Hiſpanús, Patre Antonio, annis decem et octo, menſibús dúobús, diebús decem. Siriciús Romanús, Patre Tibúrtio, annis quindecim, menſibús úndecim, diebús viginti quing. Anaſtaſi-

ús Imús Romanús, Patre Maximo, annis tribús, diebús decem.

Innocentiús I, Albanús, Patre Innocentio, annis quindecim, menſibús duobús, diebús viginti. Zoſimús græcús, Patre Habrahamo, anno úno, menſibús octo, diebús viginti quinq. Bonifaciús Imús romanús, Patre Fúndo, annis tribús, menſibús quatúor, diebús ſeptem. Cæleſtinús Imús romanús, Patre Priſco, annis octo diebús novem. Leo Imús Thúſcús, Patre Quintiano, annis viginti ac úno, menſe úno, diebús tredecim. Hilariús Sardús, Patre Criſpino, annis ſex, menſibús tribús, diebús decem. Simpliciús Tibúrtinús, Patre Caſtino, annis quindecim, menſe úno, diebús ſeptem. Felix IIItiús romanús, Patre Felice, annis octo, menſibús undecim, diebús undeviginti. Gelaſiús Imús Afer, Patre Valerio, annis quatúor, menſibús octo, diebús decem et ſeptem. Anaſtaſiús IIdús romanús, Patre Fortúnato, annis quindecim, menſibús ſex, diebús viginti dúobús.

Hormisda Campanús, Patre Julio annis novem, diebús decem et octo. Johannes Imús Thúſcús, Patre Conſtantio, annis dúobús, menſibús octo. Felix IVtús Samiús, Patre Caſtorio, annis quatúor, menſibús dúobús, diebús tredecim. Bonifaciús IIdús romanús, Patre Sigismúndo annis dúobús, diebús viginti ſex. Johannes IIdús romanús, Patre Projecto,

Coeliomontanus, annis duobus, mensibus quatuor. Anastasius Imus romanus, Patre Gordiano, anno uno. Silverius Campanus, Patre Hormisda, anno uno, mensibus quinis, diebus duodecim. Vigilius romanus, Patre Johanne Consule, annis decem et septem, mensibus sex, diebus viginti quinq. Pelagius Imus romanus, Patre Johanne, annis undecim, diebus undeviginti. Johannes IIItius romanus, Patre Anastasio, annis tredecim. Benedictus Imus romanus, Patre Bonifacio, annis quatuor, mense uno, diebus duodetriginta. Pelagius romanus Patre Vingeldo annis decem, mensibus duobus, diebus decem. Gregorius Magnus S. Imus romanus Patre Gordiano, annis tredecim, mensibus sex, diebus decem.

Savinianus, anno uno, mensibus quinq, diebus novem. Bonifacius IIItius mensibus octo, diebus duodetriginta. Bonifacius IVtus, Marsus, annis sex, mensibus octo, diebus duodecim. Deus dedit, romanus, annis quatuor. Bonifacius Vtus Campanus, annis quinq, diebus decem. Honorius Imus, Campanus Patre Petronio, annis duodecim, mensibus undecim diebus decem et septem. Severus Imus, romanus, Patre Labieno, anno uno. Johannes IVtus, Dalmata Patre Venantio, anno uno, mensibus novem, diebus decem et octo. Theodorus Imus, graecus, Hierosolymitanus, patre Theodoro, annis sex, mensibus quinq diebus octo. Martinus Imus Tudertinus, Patre

tre Fabritio, annis sex, mense uno, diebus viginti sex. Eugenius Imus romanus, Patre Rufiniano, annis ser-
me tribus. Vitellianus Volscus ex Segno, annis qua-
tuordecim mensibus senis. A Deo datus romanus, Pa-
tre Juviniano, annis tribus, mensibus duobus, diebus
quinis. Donus Imus, romanus, Patre Mauritio, anno
uno, mensibus duobus, diebus quinis. Agathon Imus,
Siculus, Patre Romano, annis duobus, mensibus sex
diebus quindecim. Leo IIdus, Siculus, Patre Paulo,
mensibus decem, diebus decem et septem. Bene-
dictus IIdus romanus, mensibus decem, diebus du-
odecim. Johannes Vtus Antiochenus, Patre Cyri-
aco, anno uno, diebus decem. Conon Thrax, Patre
Benedicto, mensibus undecim, diebus tribus.

Sergius Imus Antiochenus, Patre Tiberio an-
nis quatuordecim, mensibus octo, diebus quatu-
ordecim. Johannes Sextus, Patre Petronio, an-
nis tribus, mensibus tribus. Johannes Septimus
Patre Gregorio, graeco, annis duobus, mensibus se-
ptem, diebus duodeviginti. Sisinnius Syrus, dies
vigenos. Constantinus Imus, Syrus, annis septem, di-
ebus quindecim. Gregorius Secundus romanus Pa-
tre Marcello, annis undecim, mensibus novem, die-
bus quindecim. Gregorius tertius, Patre Johanne,
Syro, annis decem, mensibus octo, diebus viginti qua-
tuor. Zacharias, Patre Polycronio graeco, annis de-

cem, mensibús dúobús, diebús qúindecim. Stepha-
nús Secúndús romanús, Patre Constantino, annis qúinq
mense úno. Paúlús Imús Romanús, Patre Constantino
annis decem, mensibús decem. Constantinús IIdús,
romanús, anno úno, mense úno. Stephanús IIItiús, Pa-
tre Olvio Sicúlo, annis tribús, mensibús qúinq, diebús
dúodeviginti. Hadrianús Imús Romanús, Patre Theo-
doro, annis viginti tribús, mensibús decem, diebús duo
de viginti. Leo IIItiús romanús Patre Atzúlpho an-
nis viginti mensibús qúinq, diebús noven.

Stephanús IVtús romanús, Patre Júlio, annis
tribús, mensibús septem, Paschalis Imús romanús,
Patre Bonoso, annis septem, mensibús tribús, diebús
septem. Eúgenius IIdús, romanús, Patre Boemúndo,
annis qúatúor. Valentinús, romanús, diebús quadra-
ginta. Gregorius IVtús, Romanús, Patre Johanne,
annis sedecim, Sergius IIdús romanús Patre Ser-
gio, annis dúobús, mensibús tribús. Leo IVtús roma-
nús, Patre Rúdolpho, annis octo, mensibús tribús, die-
bús sex. Johannes Octavús Anglicús, qúa foemina
Júditha, sexúm ementita, annis dúobús, mensibús
qúinis. Benedictús tertius romanús, Patre Petro,
annis dúobús, mensibús qúinq, diebús novem. Nico-
laús primús romanús Patre Theodosio, annis novem
mensibús dúobús, diebús viginti. Hadrianús IIdús
romanús, Patre Thalato, annis qúinq, mensibús novem.

Jo-

Johannes nonus romanus, Patre Guido, annis de-
cem. Martinus secundus, Gallus, Patre Palumbo, anno
uno, mensibus quinis. Hadrianus tertius romanus, Patre
Benedicto anno uno, mensibus tribus. Stephanus quintus
romanus Patre Hadriano annis sex, diebus novem. For-
mosus annis quinq, mensibus sex. Bonifacius Sextus
Thuscus, diebus quindecim. Stephanus sextus roma-
nus, anno uno mensibus tribus. Romanus Imus, men-
sibus tribus, diebus viginti ac uno. Theodorus secun-
dus, romanus, diebus viginti. Johannes Xmus roma-
nus annis duobus. Benedictus quartus romanus annis
tribus. Leo Vtus diebus quadraginta. Christophorus,
mensibus septem, post quos Turpiter dejectus. Sergi-
us tertius romanus, Patre Benedicto, annis septem men-
sibus tribus, diebus quindecim. Anastasius III annis
duobus, mensibus duobus. Laudo romanus, mensibus
sex. Johannes undecimus Pontificis Sergij filius, an-
nis tredecim, mensibus duobus, diebus tribus. Leo
Sextus romanus, mensibus sex, diebus quindecim.
Johannes duodecimus romanus, annis quatuor, men-
sibus decem, diebus quindecim. Leo Septimus ro-
manus, annis tribus, mensibus senis, diebus decem.
Stephanus octavus germanus, annis tribus, mensibus
quatuor, diebus quindecim. Martinus tertius roma-
nus, annis tribus, mensibus sex, diebus quatuorde-
cim. Agapetus secundus romanus, annis novem
mensibus septem, diebus decem. Johannes decimus

tertius, Lingobardus, annis quatuor, mensibus decem, diebus quinis. Benedictus quintus, romanus, mensibus duobus, diebus quinis. Leo Octavus, anno uno, mensibus quatuor. Johannes Decimus quartus Narniensis, annis sex, mensibus undecim, diebus decem. Benedictus sextus romanus, anno uno, mensibus senis. Donus secundus romanus, anno uno, mensibus senis. Bonifacius Septimus, mensibus sex diebus bisseni. Benedictus septimus romanus, annis tredecim, mensibus quinis. Johannes quintus decimus Papiensis, mensibus octo. Johannes decimus sextus, mensibus quatuor. Johannes decimus septimus romanus, annis decem, mensibus senis diebus decem. Gregorius quintus, Saxo, genitore Ottone, ipse Bruno ante, annis duobus, mensibus quinq. Johannes decimus octavus, crescenti Romani Consulis promotus, mensibus duodecim.

Sylvester secundus Gallius, ante Vibertus, annis quatuor, mense uno, diebus octo. Johannes undevigesimus, mensibus quinis. Johannes vigesimus romanus, annis quatuor, mensibus totidem. Sergius quartus, annis duobus, mensibus senis. Benedictus octavus, annis undecim, mensibus totidem. Benedictus nonus Thusculanus, Patre Alberico, annis decem, mensibus quatuor, diebus novem. Sylvester tertius, romanus, mensibus duo-

bus

bus. Gregorius Sextus annis duobus, mensibus tribus. Clemens Secundus, Sindegerus ante, Babenbergianus ex Franconibus, mensibus novem, diebus septem. Damasus Secundus Bojoarius, annis duobus, diebus viginti tribus. Leo nonus germanus, et ipse annis tribus, mensibus duobus, diebus senis. Victor secundus Bojoarius annis duobus, mensibus tribus, diebus quatuordecim. Stephanus nonus ante Foedericus mensibus tribus. Benedictus decimus, Campanus, mensibus octo, diebus viginti. Nicolaus Secundus, Sabaudiensis, annis tribus, mensibus senis, diebus viginti sex. Alexander secundus, Mediolanaeus ante Anselmus, annis undecim, mensibus sex. Gregorius septimus Hetruscus, Patre Bonetio, ante Hildebrandus, annis duodecim, mense uno diebus quatuor. Victor tertius Desiderius ante, anno uno, mensibus quatuor. Urbanus secundus, Odo ante, annis tredecim, mensibus tribus.

Paschasius secundus, Aemilianus, Patre Crescentio ante Rainerius, annis duodeviginti, mensibus quinq, diebus septem. Gelasius secundus, Cajetanus, Patre Crescentio, anno uno, mensibus quinis. Calixtus, Burgundius Vejensis regia Gallorum ac Anglorum familia, annis quinq, mensibus decem. Honorius secundus, Imolensis, Lampertus ante, annis quinq mensibus totidem, diebus tribus. Innocentius secundus romanus, Patre Ionone, annis undeviginti, mensibus octo, diebus octo. Coelestinus Secundus Thu-

scús, ante Guido, mensibús undecim, diebús totidem. Lúcius secúndus, Bononiensis, Patre Alberto, mensibús undecim, diebús totidem. Eúgenius tertius, Pisanús, annis octo, mensibús septem, diebús viginti. Anastasius qúartus, Patre Benedicto, annis dúobús, mensibús quatúor, diebús tribús supra viginti. Hadrianús qúartus, Anglicús, annis qúatúor, mensibús decem. Alexander tertius, Sonensis, annis viginti ac úno, diebús undeviginti. Lúcius tertius, Lúcanús, annis qúatúor, diebús dúobús, Urbanús tertius Mediolanœus, Patre Johanne, Crebellana familia, anno úno, mensibús undecim fermè. Gregorius octavus, Beneventanús, anno úno, diebús septem supra viginti. Clemens tertius, annis dúobús, diebús sedecim. Coelestinús tertius romanús, annis sex, mensibús septem diebús undecim. Innocentius tertius, Anagninús, Patre Thrasimúndo, annis dúodeviginti, mensibús qúatúor, diebús viginti qúatúor.

Honorius tertius, romanús, Patre Americo, annis decem, mensibús septem, diebús tredecim, Gregorius nonus, Anagninus, annis qúatúordecim, mensibús tribús. Coelestinús qúartus, Mediolanensis, familia Castellionea, diebús octo. Innocentius qúartus, Genúensis, è familia comitúm Lavania, ante Simbaldús, annis úndecim, mensibús sex, diebús totidem. Alexander qúartus Anagninus, annis sex, mensibús totidem. Urbanús qúartus Terranensis, annis tribús, mense úno, diebús qúatúor.

Cle-

Clemens quartus, Narbonensis, Guido ante Sulcadi-
us, annis tribus, mensibus novem, diebus viginti ac
uno. Gregorius decimus Placentinus, ante Theobaldus,
Familiæ Mediolaneæ, annis quatuor, mensibus duobus,
diebus decem. Innocentius quintus, Burgundus, Petrus
ante, mensibus quinq, diebus septem. Hadrianus quin-
tus, Genuensis, Otto ante, diebus quadraginta. Johan-
nes vigesimus secundus, Lusitanus, ante Petrus, Medi-
cus, mensibus octo. Nicolaus tertius, romanus, Urfi-
na familiâ prognatus, Cajetanus ante, annis tribus,
mensibus octo. Martinus quartus, Turonensis, ante
Simon, annis quatuor, mense uno. Coelestinus quin-
tus, ante Petrus, Moronæus, mensibus quinis, die uno.
Bonifacius Octavus, Anagninus, ante Benedictus,
annis octo, mensibus novem, diebus decem et se-
ptem.

Benedictus undecimus, Tarvisinus, ante Nico-
laus, mensibus novem. Clemens Vtus Romanus, Va-
sconum gente, ante Bernardus annis octo, mensibus de-
cem, diebus quindecim. Johannes vigesimus tertius
Portuensis, ante Jacobus, annis undeviginti, mensibus
tribus diebus viginti septem. Benedictus duodecimus
Tholosanus ante Jacobus, annis septem, mensibus tri-
bus, diebus decem et septem. Clemens Sextus Lemo-
vicensis, ante Stephanus, annis decem. Gregorius
undecimus Lemovicensis, Petrus ante, annis octo.
Urbanus Sextus, Neapolitanus, annis undecim,

mensibús octo.

Bonifacius nonus, Neopolitanus, Petrus ante Nemacellus, annos quatuor decem, mensibús duodecim. Clemens septimus, ante Robertus, annis quindecim. Benedictus decimus tertius, anno uno ac viginti. Innocentius septimus, Sulmonensis ante Casmatus, annis duobus. Gregorius duodecimus, Venetus, Angelus ante Corrarius, annis duobus, mensibus septem. Alexander quintus, Cretensis, Petrus ante Candianus, mensibus octo. Johannes vigesimus quartus, Neopolitanus, Baldasar ante Cassa, annis quatuor, mensibus decem. Martinus quintus, romanus, Columnensi familia, annis quatuordecim, mensibus tribus. Eugenius quartus, Venetus, Coclesmaria familia, Patre Angelo, ante Gabriel, annis quindecim, magna laude. Felix quintus, Saubaudiensis, è Veja, annis novem. Nicolaus quintus, Genuensis, Sarsanas, ante Thomas, Patre Bartholomæo Chirurgico, annis octo. Calixtus tertius, Gotialanus ac Vlentinus quidem, Patre Johanne, Alphonsus ante Bergia, annis tribus, mensibus totidem. Pius secundus, Hetruscus, Senensis, Æneas ante Sylvius, Patre Sylvio, Piccolominea Familia, annis quinq, mensibus undecim, diebus viginti sex. Paulus secundus, Venetus, Patre Nicolao, Matre Polixena, Petrus ante Barbo, annis sex, mensibus decem. Xistus quartus, Ligur, è Saona, Franciscus an-

antea Rúre, annis trédecim. Innocentiús octavús, Genú-
ensis, Patre Baróne è Cyborúm familia, Johannes
ante Baptista, annis septem, mensibús úndecim. Alexan-
der Sextús, Hispanús, ante Theodoricús, annis únde-
cim, diebús octo.

Piús tertiús, Hetrúscus, è Senis, Franciscus
ante Piccolominaús, diebús viginti septem. Júliús se-
cúndus, Ligúr, è Saona, Julianus ante à Rúre, an-
no úno, mensibús dúobús, diebús quatúor supra vigin-
ti. Leo decimús, Florentinús, Familia Medica,
annis novem, mensibús ferme úndecim.

Addenda vero núnc, qua sunt insigniter sub
Pontificibús gesta. Petrús ergo de Simone Mago
triúmphavit, út prodidit Clemens. Tabetam ad vitam
revocavit. Æneam Paralýticum cúravit, úmbra
tantúm Corporis Valetúdinarios quamplúrimos.
festúnjq; Sacra instituit. Linús ab eo Sacerdos de-
claratús. Cletúm deinceps et Presbýteros dúode-
viginti Sacris initiavit. Eadem dein Clemens,
Anacletús, Evaristús observarúnt, locis diversis
Episcopos ablegentes. Alexander operationem
Litúrgiorúm divinam, die úno, únam tantúm
celebrandam, aztjmoq; id faciendúm, aquam vi-
no miscendam. Xistús, vasa Deo dicata à Mini-
stris Sacrorúm tantúm tractanda, lino candidissi-
mo pannúm corporalem sarcinandúm, in arata-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0071

tum celebrandum, Sanctus cantitandum. Telesphorus
tesseracoston esse jejunium ante Paschatis voluit, na-
tales q Christianos operationibus divinarum ter-
nis venerandos, canendumq initio hymnum, quem
coelites Oratores Christi decantassent. Hyginus fi-
lio tris unum patrinum, matrinumve adhiben-
dum die lustrico. Pius sanctimonialibus ordi-
num tempus praescripsit annorum quinq supra vi-
genos, Paschatis solennia die Dominico tantum
fore. Anicetus, comatulis non esse fas flamini-
bus. Soter à contrectandis vasis sacris pallijs,
calicibus, acid genus alijs, abstinendas virgines
Vestales, acerra officio inter divina, illis imponen-
do thure non licere. Eleutherius, Britannos Lu-
cio Rege à Gentilismo revocavit. Severinus
Calicem non oportere esse ligneum, ialinum per-
misit, quem morem aetas posthuma auro, ar-
gento aut saltem Cassitorio demutavit, Commu-
nionem Eucharistiae statuit puberibus omnibus
die Paschatis peragendam. Calixtus, ordines
Sacros non esse vicis uniis, sed partiendos, an-
gario aestivo, autumno, brumali, verno. Urbanus
Episcopum non fieri, qui Sacerdos non esset. Anga-
riale jejunium quater anno peragendum, uti
Pater in Coenobijs maximus, sua posset manu acolu-
thos

thos inaugurare. Anthorus vitam eorum, qui in divorum
album recipiendi, diligentissime exquirendum. Fabianus
consanguinitatis jura gradu quinto præscripsit, Communio-
nem quotannis ter faciendam, Paschate, Natalibus Chri-
stianis, Chrisma die Pentecoste parasceves renovandum.
Cornelius antequam relegatus, de Corporibus divorum
Petri et Pauli augustius visendis optime meruit, loca eorum
patibularia celebranda sanxit, collocatis reliquijs divi
Pauli vita Hostiensi, ubi decollatus, Petri in Vaticano, tem-
plo Apollinis ad radices montis aurei. Stephanus vesti-
mentis sacris in profanis abstinendum, Christus in ara
tantum celebrandum. Dionysius urbis Roma Coemete-
ria templa partitus est. Antiochenum Concilium je-
nex indixit. Felix sacris tantum initiatis licere di-
vina operari; Dedicationes in templis conventu publi-
co agendas. Parietinas templorum exsecratas recon-
secrandas. Eutychianus frugum primitijs in aris sa-
cris bene precandum. Cajus ordines omnino grada-
tim impertiendos. Ab hostiario in Lectorem consecr-
endum, à quo in Exorcistam, Acolúthum, Hypo-Diaco-
num, Diaconum, Presbyterum ac ita demum in Episco-
pum. Christianos liberos esse voluit, ne ab ethnicis
aut hæreticis in judicium postularentur. Eusebius
ignominiosos ac sacrilegos à testimonio ferendo ex-
pulit. Puellam verbis tantum Conjugia pollicitam
in Atrium posse Vestalium recipi, id quod et de Pue-
ro: cujus tempestate crux sancta Helenæ augustæ o-
stentata. Melchiades Jovium diem excolendum je-

júnio, cújús et tempestate Manichaeorúm dogma pollebat. At Sijlvester ordinibús inferiores, qui essent, praecepit, Majoribús ut áudirent. Consecrationem Chrismatis epi-
scopalis múneris fore, ejúsdemq confirmare latice sacro tinctos. Mercúrij ille diei ac Veneris religiosi-
ore jejúnio vacandúm, Jovium et Dominicúm au-
gústissime venerandos, rationibús complúrimis ad-
ditis, de die cúm primis Jovio, quo in últra múnda-
na ascenderit Theanthropos, corpús súum Apostó-
lis súmendúm impertierit, Chrisma confecerit. Li-
beriús Episcopos non caúsa ex facili súos deserere oportere. Damasús Divúm Hieronimúm primúm aúctorabit, rei Ecclesiastica Scriptorem, qui praeter-
quam, quod vitae sanctimonia excellúerit, tantús e-
rat, út quicquid non sciverit ipse, totús múndús igno-
ravit, a quo Hebraica tralatio. Tanto ergo aúcto-
re persvasús Damasús, cani mandavit: Gloria in excelsis Deo et in terra pax, Hominibús bona volúntas. Psalmos recipi lingva romana dona-
tos. Sed et Sijmbolúm adscitúm, oricúlariúm sa-
crúm, litúrgiorúm initio institútúm. Cjriacús úrbe Manichaeos explosit et fidelium omnium Commercio. Bigamos ordinibús sacris abstinere vetúit. Anastasiús mancos, peregrinos, transmari-
nos, Evangelia ille primús in Litúrgijs legi, públici-
tús cúravit, volens, áudientes, velúti defensores, si

si quisquam adversum auderet. Innocentius, semel
consecrata non resecranda. In Simoniacos offen-
sissimus fuit, ac poly-canonicos. Luna diem ve-
nerabundum censuit. Zosimus cereis sancta Paschatis vigilia bene precandum. Auctoritatem Roma-
ni Pontificis primus ipse omnino in omnibus, quæ ad
Academiam Christianam pertinent, consulendam.
At Bonifacius lasciviæ refractarius, Presbyterum
non minorem factum voluit anno trigesimo. Coe-
lestinus formidabile esse Liturgiorum sacrum, Da-
vidicum Psalmum, cujus initium: Judica operatio-
nem e proëmio ditendum statuit, quo sua quisq
Synthereseis admoneretur. Multa Davidica can-
tanda Virum tamen inclytum Nestorianum do-
gma turbavit sub Theodosio juniore. Thean-
thropum Nestoriani anthropum tantum asseve-
rarunt. Unde damnata jam hæresi, sancta Theo-
thocos, diva Dei para cantitatur h. e. Mater Dei.
Leo filio tys adhibendos latice sacro tot, utante
tulisset Hyginius. Hallelúja à pastiorum obser-
vatione intermittendum, in Liturgijs oblationem
venerabunde dicendam. Hilarius "Deo annos fa-
cris explosit. Manichais urbe Gelasius interdixit,
et illos relegavit. Libris auctoritatem ademit. Bi-
gamis, mutilis, initiari sacris vetuit. Corpus ille

primus omnino Christi, ne sine sanguine recipe-
retur, vetuit. Divi vero Ambrosij persvasione hi-
mnos orgios instituit. Præfari publicitus in Liturgi-
is voluit. Symachus Manichæorum monumenta
Vulcano mandavit. Pontificem eligi altero vivente
interdixit. Horsmisdas connubia sacra templo in
propatulo concelebranda et ut ara auctoritas à solo
fieret Episcopo. Manichæaca dogmata ante fores
Basilicæ Constantiniana igne absumsit. Unctionis
Sacrum Felix quartus instituit. Bonifacius secun-
dus Misarum operationibus et populum adesse vo-
luit. Dominicas per Coemeteria Processiones Aga-
petus declaravit. Pelagius horas quotidie septies
tempore stato dicendus. Primus sese Servum Ser-
vorum Gregorius Magnus prætitulavit. Bigamis
à Sacris interdixit. Atria vestalium non introëun-
da statuit. Dies quatuor illos initiales hebdoma-
di primæ Thelesphoriani jejunij addidit, oleoq;
lampades perpetuo incensas fovendas sanxit.
Bonifacius templorum profugium asijlis æqua-
vit. Johannes quartus sacrilegos quadruplicle
dendos statuit. Theodorus cerei benedictionem
faciendam. Martinus primus Nymphum et nym-
pham ante nuptias benedicendos. Eugenius car-
ceres habendos ab Episcopis ad coercendam deli-
cto

ctorum insolentiam. Vitellianus regulam dedit eccle-
siasticam, cantusq varios, quibus et nabla ipsa ad-
misit. Libellum insuper vulgavit, quo quodq flagi-
gitiorum genus plectendum. Leo secundus pacis o-
sculum ostendit. Sergius primus, ut Agnus Dei ter
caneretur, instituit, cujus Sanctimonia Saxones uni-
versi à Gentilismo revocati. Gregorius Divo-
rum imagines templis venerandas, Violatores exle-
ges habendos. Gregorius quartus Festum divorum
omnium excolendum. Ludovico Imperatore oran-
te. Leo quartus Assumtionis Deiparæ diem octavis
concelebrandum. Nicolaus primus, Decretales Epi-
stolas auctoritatis primariæ sanxit; Nuptias clan-
destine celebrari vetuit. Johannes nonus, presby-
terum parricidam anomalum habendum. Grego-
rius septimus à matrimonio Clericos alienos es-
se voluit, Sabbatho carnibus abstineri. Religio-
sis omnibus vitam sine Carnis esu agendam. Ur-
banus secundus, officium divæ Virginis Clericis
omnibus dicendum mandavit, Sabbatoq Litur-
gia ejus solenniter cantanda. Innocentius exle-
ges censuit universos, qui vim Clerico fecissent.
Coelibatus Castimoniam iisdem præstituit. Innocen-
tius quartus octavas natalitiorum Divæ vir-
ginis celebrandas. Urbanus quartus solennia

Corporis Christi supplicationibus etiam lustranda. Bonifacius octavus divum Gregorium, Aurelium Augustinum, Ambrosium et Hieronymum officio dupli-
ci venerandos. Clemens Jobilæum, quem Bonifa-
cius ante octavus anno à natali Christiano millesi-
mo trecentesimo primus celebrarat, et centena-
rijs singulis iterandum constituerat, in quinqua-
genarium coëgit. Bonifacius nonus Annata-
rum usum h. e. anni dimidij fructus ærario
ponficio imperavit. Calixtus tertius tintinna-
bulis die bis salutandam divam Virginem. Di-
em transfigurationis Dominicæ in expeditione
adversus Turcas instituit. Xystus quartus festis
complusculis divos honoravit, inter quæ divi Fran-
cisci, Conceptionis, Præsentationis Annæ, Josephi.

LIBER QUINTUS ac ULTIMUS

de REBUS VANDALICIS ac SAXONICIS initio de Germanorum excursionibus, ac obiter de Religionum auspicijs, rebusq etiam nonnullis exoticis ad annum 1572.

Excursio Germanorum vetustissima Cimbro-
rum nimirum sub Homeri ætatem facta ac in
Pontum quidem à quibus Bosphorus Cimmeri-
us

ûs, cûjûs meminere Homerûs ipse, Herodotûs, Ephorûs, Clitarchûs, Posſidoniûs, Xenophon, Pi-
thœas, Propertiûs, Jûliûs Solinûs, Strabo Gno-
ſiûs, Tacitûs Corneliûs, Annæûs Lûcanûs, Pli-
niûs, Jûvenalis ac alij. Romanos vero Cimbri
adorti Cajo Lapijrio Carbone Conſûle, qûem et
M. Jûniûm Conſûlem cûm exercitû ſûderûnt. At
Cimbri nono Dani à Tanno, ût pûtant, Rege
antiqûiſſimo. Proxima Senonûm Dûce Bren-
no, Olympiade decima ſeptima, qui Italiam in-
trans Thûſcos pepûlit, ût meminere Polijcra-
tes, Trogûs Pompejûs et Jûſtinûs. Romam divi-
pûit et mox in Græciam divertit, à qûo Gala-
ta, qûi et Gallo græci. Herûlorûm expeditio
in Mœotidem, media inter ûtramq, cûjûs memi-
nere Procopiûs, Ablaviûs, Agathias, qûa ætate et Gothi in Pontûm erûperûnt ût prodidit
Jordanûs ad Caſtaliûm Vandalorûm Tiberij et
Drûſi tempeſtate. Lingobardorûm Ambro et Aſo
Dûcibûs, Paûlo Foro-Jûlienſe teſte, inclytis tûm
Ibore et Ajone. Qûid Gepidas memorem? Rûgios,
Vividarios, Sclavos? Qûi poſtremi Alanorûm
terram occûparûnt, divi Jûſtiniani Principis tem-
poribûs. De Regibûs vero Vandalicis eorûmq; an-
tiqûitate in Annalibûs Herûlorûm fecimûs memo-

riam. At Saxonum seriem seorsim alibi refer-
re studebimus, quorum antiquitatem romana
etiam monumenta declarant. Divi vero Augu-
sti tempestate fuisse Saxonas jam inter Germa-
nos claros Hunibaldus ostendit in monumentis La-
tiorum. Etenim à Gothis sub Diocle Sicambro-
rum Rege pressi impetrato à Thuryis, Teutoni-
bus, Rugyis auxilio, constituto Diocle ipso exer-
citus Imperatore, Gothos cum mortalium du-
centis sexaginta millibus aggressi, millia
hostium centum cecidere, millibus tantum vi-
ginti quinq; suorum desideratis, amisso Heri-
manno Thuriorum Rege. Et tempestate ea-
dem M. Lælius à Romanis Dux lectus ad
debellandos Saxonas, qui fuere tum Sicam-
brorum foederati. Sed et Tiberij Principis
tempestate, expeditio in Saxones meditata
est. Sub Claudio vero Nerone, Vitigis maxi-
mus Rex Saxonum claruit. Multo vero vetu-
stiora, quæ Cimbricis annalibus Saxo Gram-
maticus ante annos ferme quadringentos pro-
didit. Nam Hudingum ille Syrici Saxonum Re-
gis filium ab Helgone Cimbrorum Rege in cer-
tamen singulare devocatum, superatum pro-
didit. Geldervm item ab Hotero Rege Svevo-
rum

rum Oceani. Sed quid movor dicere vetustiora. 5
Nonne Hunibaldus in rebus Salatiorum, Saxonum
gentem incoluisse in Germania ante millia an-
norum pene duo, tempestate sua prodidit. qui etva-
ticinium carminibus editum graecis datum scribit
Trojanis quibusdam, qui ab Ilio in Scythiam abi-
ere ad Istri ostia, à quo loco Scytha, mox Sicam-
bri, dein Franci dicti, qui temporibus antiquis-
simis sub Marcomiro Rege, Antenoris filio, Soli
partem à Saxonibus per literas impetraverunt,
capto ante oraculo, quod ex Graeco tale:

Marcomer Jovis Principis te numen jubet esse
Tranquillum, nec formidare cursus itineris longi
Quod tendit in occasum
Post Fratres ad ostia Rheni
Quod dorsum tenet Brutus faciem Troes
Exul romphea quietus
Utery Tibi natura frater est et gente
fidelis amicus
Ite praeparatas celeri cursu percipite sedes
Numine patris, tertium dilatandas orbem.

Brito ergo Britanni insinuantur, Romphaea
Saxones, trojana, origo, quare videant, qui Gi-
lices eos asseverant, pyratas videlicet, à Cnejo
Pompejo victos et huc in transmigrationem coactos.
Aut hi, qui ad Massaeos montes ante incoluisse,
quo in loco Sassonas etiam C. Ptolomaeus colloca-
vit. Nam qui sub Alexandro olim militasse et Du-

ce Petriolo huc primum cum navibus viginti tri-
bus ex Scythia appulisse, Stadium in Albis littore
primum excitasse, Trojanos forte non negave-
rint et à Duce Petriolo Saxones nominatos, qua-
si duros et in bello veluti saxa quædam. Martem
enim belli Deum præcipue coluere, id quod indi-
cavit simulacrum Dei, quod ad Caroli usq Ma-
gni tempora duravit in monte Martis, cujus hæc
Inscriptio:

Deus et Dux Saxonum
Quem Populus Martis adorat
Primus semper in acie

Evocari in bella romanis etiam solebant, in-
deq ritus romanos et numina colenda susci-
piebant, à quâ re alibi Saturnum, alibi Ve-
nerem, Lunam et Solem percolebant, suis
quodq numen insignibus. Parthenopoli Vene-
rem, in Saturnio Saturnum, Solem in Solpe-
dio, Lunam haud procul Bardoropoli in mon-
te. At proximo ante Caroli ætatem profectio
Saxonum ex medijs Angrivarijs facta, ubi An-
glij incolunt, teste Tacito Cornelio, quæ facta
Constantij Cæsaris tempestate, Ducibus Engisto
et Horsto, quibus Victoribus, qui Britanni ante, An-
glij deinceps sunt nominitati. Multa Saxones à
Valentiniano Cæsare bellis perpessi, sed solo sunt Caro-
lo

lo Magno fuperati, non tamen antequam annos
ille tris fupra triginta cum eis belligerasset, Re-
ge postremo Vitige funiore. Ab eo tempore mu-
tata loca, templa, Christiana Statuta. Sed enim
Episcopatuum Germaniae interioris totius primus
Bardoropolitanus Saxonum, antistite ibi primo
divo Aegistio, uno è Discipulis Jesu Christi viven-
tis, qui et martyrio est in eo loco à Thuryis ex-
carnificatus. Coepit vero Bardoropolis, qua et
vicus Bardorum in saltu Lunebürgiano anno an-
te Romam conditam ducentesimo trigesimo sex-
to, ut Carmina in templi foribus litteris etiam-
num aureis indicant, à Bardis, qui erant olim
Melodiarum Poëtae, bonos laudare carminibus
soliti, malos vituperio afficere, sapientes tum
habiti ac religiosi, quos ut rerum divinarum
gnaros in solitudine ea consulere solebant, quo-
rum mores Diodorus Siculus libro sexto, Stra-
bo libro Geographiae quarto, Cesar in Libris de
bello Gallico meminerunt et cecinit M. Anna-
us Lucanus libro Pharsalicon primo:

Vos quoq; qui fortes animas belloq perentas
Laudibus in longum Vates dimittitis aevum
Plurima secuti fudistis Carmina Bardi.

Haud vero ita procul ab Urbe ea mons, qui etiam-
num è materie Calcarius in quo Lunae solum de-

dala aůrea ad Lůnům amnem. Divam ipsam ve-
nerabůndi proximi, qůiq ac remoti salutare cer-
tatim tům solebant. At Episcopatům Bardoropoli-
tanům Carolůs ille Magnůs in Virůnům transtů-
lit, qůa Urbs in Visůrgis collimitio sita, institůto
ibi antistite primo Viperto anno à natali Christi
ano octingentesimo decimo qůarto. Et antistes il-
le sctidam aůream secům à monte ablatam, re-
bůs dedicavit divinis. Episcopatůs ergo Mogůn-
tiacůs etsi inter Imperij Electores locům obti-
neat sůmmům et maximům, můltotamen Bar-
doropolitano posterior, nempe, qůi à Pipino Gal-
lorům Rege coepit. Nicephori ferme Caesaris
temporibůs primo ibi Antistite divo Bonifacio,
anno à natali Christiano septingentesimo vige-
simo septimo. Sůb hoc vero antistite sůmmo Pos-
fraganei jůre antiqůo Pragensis, Olamůcensis,
Eistatensis, Babenbergensis, Herbipolensis, Pa-
derbornensis, Constantiensis, Cůriensis, Argen-
tinensis, Vormatiensis, Havelbergensis, Ver-
densis, qůem diximůs ante in Virůno institů-
tům, Spirensis, Hildesheimensis, Halberstá-
diensis et Aůgůstensis. At Agrippinensiům anti-
stitem primům divům Maternům existimant,
postqůem longo dein intervallo divůs Severůs suc-
cessit anno tricentesimo qůadragesimo secůndo

Con-

Constantini Cæsaris temporibus, cujus suffraganei Leodiensis, Trajectensis, Monasteriensis, Mindensis, Osnabürgensis, et ut nonnulli annotarunt, olim Juliacensis nunc vero et Monasteriensis, Verum Angrivarios Foedericus primus Cæsar à Saxonum jure ereptos Episcopo Agrippino adscripsit. Trevirorum autem antistes initio divus Eucharius, unus quog de Discipulis Domini, mox divus Maternus, sub quo Episcopatu olim antistes Tungrorum aut ut putant Episcopatus unus. Communes vero quindecim, quorum Agrippinus nunc Metensis, Tullensis, Virdunensis. Urbs ipsa Habrahami condita tempestate perhibetur, anno ante Urbem Romam conditam millesimo ducentesimo, quam et magnus ille Anastasius illustravit. Proxima post Electores, Parthenopolis, è quâ Archi Episcopus vulgo Magdeburgianus Germaniarum primus, qui Episcopatus initio Schiderensis à Carolo Magno institutus, anno septingentesimo octogesimo, Hildegrino ibi antistite primo, quem mox Episcopatum Vitigis, Rex Saxonum postremus in Angrivarios suos tulit, ut annotavit Hermannus rerum Saxonicarum Conditor, quem dein Episcopatum Henricus primus Cæsar à Vitigite Quintus in Valleroslæviam, cognomento inter miricas collocavit. Alij Brunonem ac Dangvardum Saxonum Principes instituisse ibi tradunt. Sed et nonnulli Henricum primum in Vrosenium

Northuriorum tulisse. At in Valleroselae vid divus etiamnum marcus Episcopus quiescit. At enim Otto primus Henrici illius filius multum perfavente Egitha Conjuge Episcopatum eum in Parthenopolim tulit ut annotavit Lupoldus Historicus cui subjecit suffraganeos septem, Marsoburgensem, antistite ibi primo Boote, Misenensem, primo ibi Bogoro, Citzensem, ibi primo Hugone, Brandoburgiensem, Havelbergensem, primo ibi antistite Dudone. Pozzanensem sub Jordane Episcopo primo, ac Neoburgensem. At Pozzanensis in Arichi Episcopatum Gnesanensem abijt, qui est Sclavorum, sub quo et Vratislavensis, Mazonensis, Caminensis, Plocensis, Cracovensis, Vlatislavensis, Carbinensis, Pomezzanensis. Et jam locus ut ex ordine Episcopatuum aucto res praecipuorum referamus. Carolus itaq Magnus pollicitus est Episcopia sese ad numerum Alphabeti Romani institutorum, à qua re litera etiamnum aurea in monasterijs quibusdam durant. Et Pozzanensem ille instituit anno Septingentesimo octogesimo primo. Staginensem anno eodem. Nec Salinstidiensem auctore Lupoldo, qui post annos quadraginta Halberstadium tralatus. Hildegrino ibi Antistite primo, anno Septingentesimo octogesimo sexto, ut alij octingentesimo vigesimo sexto, post quem Nagrinus.

At

At Salinstadium olim Osterovicus dicebatur.
Paderobornensem Carolus idem instituit anno mil-
lesimo ducentesimo octogesimo tertio antistite ibi
mo divo Liborio, teste Lupoldo, qui Episcopatus
initio Herstalensis. Idem et Hamburgensem Epi-
scopatum instituit, Vandalorum omnium et Da-
norum Caput, quamvis plerig filio hoc Ludovico
tribuant, factumq anno octingentesimo trigesi-
mo secundo, divo Ibidem Ansario Archi-Episco-
po primo, ut prodidit Lupoldus. Nam Episcopatui
huic Otto primus tris adjecit, anno octingente-
simo quinquagesimo secundo, inter quos Alden-
burgiensis, Olfaciorum, in honorem divi Johan-
nis Baptistæ, ab Adoligando, Archi Episcopo Bre-
mano consecratus anno nongentesimo quadra-
gesimo quarto, primo ibi Antistite Marco, quem
Episcopatum Henricus ille Leo Saxonum Dux in
Luconium traduxit anno millesimo centesimo
quinquagesimo quarto. Anlicensem quoq Caro-
lus instituit, quem Ludovicus filius Venationi
indulgens, miracula superne admonitus, in Hil-
deshemum transtulit, anno octingentesimo dec-
mo octavo, primo ibi Günthero Præsule. Sed
et idem Carolus Mindensem instituit, Antistite
primo Lothario, Mgnnagaverdensem quoq in ho-
norem divi Pauli, qui in Monasterviensem tralatus.

Sed et Trajectenſem antiſtite ibi primo Vilibror-
do, anno ſeptingenteſimo octogeſimo primo ut ſunt
teſtes locupletiſſimi Hermannus ac Lupoldus Hiſto-
riographi. Coepit et à Carolo Bremenſis anno ſe-
ptingenteſimo octogeſimo quarto, ubi Antiſtes pri-
mus Vilibaldus auctore Lupoldo, qui ſub Agrippino
initio, coeterum in Archi Epiſcopatum dein abijt
ſub quo nunc Verdenſis, Saloſavicenſis, Sverinen-
ſis, Racebürgienſis, Lübecenſis. At Racebür-
gienſem, Henricus Leo ille Saxonum Dux inſti-
tuit anno milleſimo centeſimo quinquageſimo
ſeptimo antiſtite ibi primo Evermodo. Megapo-
lenſem Billungus Heerulorum, Obetritarum, Van-
dalorumq; Rex anno nongenteſimo quadrageſimo
tertio, qui in Sverineum tralatus eſt. Marſo-
burgianum Otto primus inſtituit, quamvis Ca-
rolo illud nonnulli adſcribant, ſicut et Citzenſem,
quem coepiſſe perhibent anno ſeptingenteſimo
nonageſimo primo. At Miſenenſem Otto inſti-
tuit anno nongenteſimo vigeſimo ſeptimo, cujus
tamen exordium in Honoricum ejus Genitorem
referunt. Ripenſem Otto quoq; primus inſtituit
anno octingenteſimo duodevigeſimo. Regnorum
vero ibi ad Oceanum multi Epiſcopatus, qui ſubipſis
coepere Regibus. Nam Danorum Archi Epiſcopatus
Lundo-

Lundonienſis Svevorum Oceani primas, ſub ſe habet Roſchidenſem, Ottonienſem, Saloſavicenſem, Ridenſem, Vibergienſem, Arhuſienſem, Burgalienſem, Revalienſem. Novicorum vero Oceani Archiepiſcopus Nidroſienſis olim nunc Hidruntinus ſub ſe habet Bergenſem, Stavragenſem, Pharenſem, Hamarenſem, Baſtoenſem, Orcadenſem, Sodenſem ſive Inſulanum, Mochadenſem, Vellendenſem, Gravenladienſem, Gadenſem, Scarolenſem ſive Scarenſem, Olenſem ſive Olerenſem. At Svevorum Oceani auctoratos ſub ſe habet Aroſienſem, Straginenſem Aboenſem inter Fennos, ubi Viburgium proxime Narvam Moſchorum ſive Roxolanorum. Lincopienſem item ac Veſionenſem patriam Veſogetorum antiquam. Nec prætermittendi gentium Vicinarum Epiſcopatus. Habent ergo Lemovij, ut appellat Tacitus Cornelius, Oſilienſem, Tarabatenſem, Coronienſem, Unionienſem, Culmenſem, Sambienſem, Uvanienſem, Pomezanienſem, in Inſula divæ Virginis Mariæ Ruthenienſem, Vinifamienſem, Semigallenſem, quorum nunc pars Boruſcorum addito Varnienſi ac alijs. Germaniæ vero Superioris Archi Epiſcopatus inſignis Salasſobürgenſis ſub quo jure primo Patavienſis, Ratisbonenſis, Phriſingenſis, Curenſis, Brixenſis, Laventinenſis, Bunenſis, Selromenſis, Novæ civitatenſis, quem excitavit Paulus ſecundus anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo ad quintum decimum Calendas Februarias. At Salasſobürgienſem, Phriſingenſem, Patavienſem

Eistatensem, Herbipolensem, Erphordiensem, divus Boni-
facius instituit, Moguntiacus ArchiEpiscopus. Et ne quid ta-
lium posthabeatur Basiliensis Bisuntinam habet, sub quo
Lausannensis, Bellicensis. Verum enim vero ad alia
CCC. nunc divertendum. Annus agebatur à natali Christi-
ano tricentesimus undetrigesimus, quum Romæ Late-
rana illa ædes nobilissima inchoaretur ad cujus funda-
menta humeris suis tellurem Constantinus maximus
primus tulit, templorumq mundi caput censuit, quo nul-
lus unquam Cæsarum in rem divinam augustior, sed
et ordo omnium primus Crucis ferendæ ab eo coepit,
ut libro prodidimus secundo. Et Hunni sub eodem ex
Caspij Maris egressi Claustris, duce Harpardo in Pan-
nonas irruperunt, quos esse Turcarum genus C. Pli-
nius, Pomponius Mela, Cl. Ptolomæus Somacatijs et
Eustathius insinuant. At Hungari, qui potius Ugri
appellandi, maris glacialis accolæ Hunnos è Pan-
nonijs deturbarunt. Maximiniani ferme Cæsaris tem-
poribus Vandali et Gothi sub divo Justiniano Principe
tumultum fecere, nec ita multo interjecto tempore
Lingobardæ, Gepidæ. Anno mox quingentesimo vige-
simo septimo institutum divi Benedicti coepit in mon-
te Cassino, haud ita procul ab aquino, Aprutiorum
loco, quo Cassinorum quondam Urbs, Abbate ibi pri-
mo divo Benedicto, ante quem instituto eo Basilius
magnus clarus, ille Archimandrita. At religionem
illam Cluniacenses, Coelestini, Olivitani, Sylvestri-
ni

ni ac Humiliati prosecuti sunt. Anno dein quingente-
simo quadragesimo quarto Saxones, qui ad Oceanum
tum incoluere, supra dorsum Τῆς Κιμβρικῆς Χερ-
σονήσου ut ait Cl: Ptolomaeus h. e. Cimbricae Cher-
sonesi, ubi autore eodem ἄξονες, Haxones, mutata
H. litera in S., Saxones, Thurios qui a Fluvio Thu-
rio fluvio ibi trans Albim incipiebant, univer-
samq Regionem, quam Saxones nunc incipiebant
jure avito possidebant, sumtis armis pepulerunt
in vallem Silvae Hercyniae trans Melibocum, ubi
nunc incolunt ingenti ante strage edita, inde heb-
domadis cognomento Communis origo genti. Nam
à tempore eo fere, post Festa divi Michaëlis age-
re justa defunctorum et manium Parentationes
solent et laetitiam invicem peragere in reminiscen-
tiam acceptae Victoriae praelioq eo desideratorum.
At Anno sexcentesimo vigesimo Mahumetus A- DC.
rabs Prophetam sese ementitus auctore Sergio
Monacha Apostata, Alchoranum Saracenis condi-
dit, unde tot gentes clarissimae à Religione nostra
Academiaq Christiana desciverunt. Vigesimo nono
Heraclius Caesar Cosroen Persarum Regem arrogan-
tissimum vicit et crucem sanctam, qua exultabat
ille, caeso eo, recuperavit Septuagesimo primo Ma-
gi tris Sancti, Caspar, Melchior, Balthasar è Persia
Mediolanum tralati sunt. Octogesimo secundo Bri-

Zantina Synodo sexta sub Leone secundo Pontifice
Maximo Communicatio Eucharistiæ sacrosanctæ popu-
lo sub specie ûtrag detracta, ne ambigeremus, sub
Pane Corpus esse verum Theanthropi unacum san-
guine. Anno Septingentesimo vigesimo quarto
Coenobium Hersfeldianum inter Hessos coepit.
At Fuldanum Phagûriorum quadragesimo quar-
to à divo ambo Bonifacio antistite Mogun-
tiaco institûta, è quibus hoc Cancellarium
Augustæ tantis quondam divitijs ut Cæsaris mi-
le Equitibus prosequeveretur. Quadragesimo
vero sexto natus est Carolus, qui Magni cogno-
mento meruit, Pipino Patre. Et ille m Religi-
onem Christianam devotissimus primo quog
tempore Martis statuam, quam Armesulem
nominitabant à Monte Martis, qua est Urbs
Istævonum in jugo edito deturbavit, anno se-
ptingentesimo septuagesimo secundo. Octoge-
simo dein Saturni simulacrum, Crotonem è
Hero inopoli sustulit hostiliter et mox octogesi-
mo primo Venerem è Parthenopoli, quo anno
et Lunam de monte Calcario abstulit. At Anno
octingentesimo Mausoleum Sacrosanctum Soly-
DCCC. mis cum Solymonaûtis nobilissimus venerabur
dus adijt, reliquijs complurimis à Constantino
Orien-

Orientis Imperatore donatus, inter quas Hypo
camisia sanctæ Theoticæ et fasciolæ infantiles
nati, quæ universa apud aquas Granias religiose
depositit in fano tum Cancellis aureis et argente-
is ac dædalis marmoreis ditissimo, quæ Naustri
ventis hostes acerrimi, mox vita illo functo ag-
minatim irrumpentes et sacrosancta profanan-
tes, diripuerunt. Anno vero Octingentesimo
secundo Stephanus Pontifex maximus Impe-
rium Orientis à Græcis in Carolum transtulit,
qui est à Leone quarto Romæ diadematus, à
quo vagendorum Imperatorum origo. Sed enim
Phrisij, quum cum Cæsare maxime tum Romæ
præstarent, tributum genti pondo auri viginti,
quod debebant, acceptum tulit, libertate per-
petua donavit, ut sine Principe agerent adiopi,
coeterum legendorum è sese Decurionum po-
testatem haberent, quos aureatos crearent,
ense et baltheo insignirent. Argumentum liber-
tatis ejus scutum cum imagine coronæ Impe-
ratoriæ. Et idem octogesimo quinto, superatis
jam Saxonibus, cum Vitigite Rege anno octin-
gentesimo quarto, quo et Bojoarias ad fidem
convertit, Dicasterium secretum Angrivarijs
et Istævonibus tulit, quo furta, sacrilegia, per-
juria, proditiones avertuncarent. Nonagesimo

vero octavo Idolum Jovis ex Hammopoli multis
vix belli viribus dispulit. At Vitigitem Vilibal-
dus, antistes Bramanus latice sacro in academiam
tum Christianam emaculavit. Coeterum anno
octingentesimo decimo quinto Judith a femina
et Britannis prognata, verum se ementita Romae
in Pontificem summum electa est nomine Johannis
quarti. At ab Emissario compressa suo inter Co-
losum et divum Clementem puerperio soluta
media nox alvo crepuit. Decimo octavo Episco-
patus Hulicensis sub Ludovico Caesare Hildesha-
mum tralatus est quodam reliquiarum mira-
culo, quo asportari imagunculae divae Virgi-
nis nequivit. Anno vigesimo secundo Corbaea
sub Caesare eodem Paschali Pontifice maximo
atrium Monachorum religiosissimum excita-
tum ubi percoluntur è divis Tiburtius, Vale-
rianus, Marcellinus, Vitus. Quadragesimo
sexto Ansarius Hammopolitanus archiepisco-
pus templum Rameslojanum è praedio foemi-
nae nobilis Jciae erexit. Quinquagesimo Gande-
vo, oppidum, quod vulgo Gandersheamum, à Ludol-
pho Saxonum Duce, coeptum, à Vitigite quarto.
Nam Vitigitis filius Vipertus Valpertum fusti-
lit, templi Vildeshusiani auctorem, quod in
Osnabrugam cessit, qui Ludolphum eum, qui a-
dem

dem Virginum Vestalium Gandœvone coepit. Et ille
Ottonem Brunonem ac Danquardum genuit, Bru-
no Brunopolin inaugurauit, Danquardus Danquar-
dorodum proximum. Ludulphus ergo Hatomodam
filiam Romam secum ducens ab Episcopis triginta
fer sub Leone tum Pontifice maximo, sacris initi-
ari impetrauit, quam rediens matrem magnam
Vestalium atrij Gandevonij primam declaravit,
divorum Anastasij ac Innocentij reliquias templo
offerens, quo in Coenobio Rosvitha quondam cla-
ruit, sanctimonialis, carminum literarum sa-
crarum studio celeberrima. Quinquagesimo quar-
to Ludovicus Cæsar, primi filius Hammopoli-
tanum Episcopatum Bremensi addidit. Anscari-
um Episcopum constituit, à quo Ripensis ac Solo-
sæviensis Episcopatus auspicium sumpsere et
Svevi Oceani in fidem nostram adspiravere. Sed
et Rugij à Corbeanis Monachis in Academiam Chri-
stianam promoti tum sunt. Sexagesimo secundo
Episcopatus Bremensis ab Agrippensi summotus,
Nicolao Pontifice Summo, quo Autore divus Ansca-
rius Archiepiscopus designatus annos utrig decem
præfuit. Sexagesimo quinto Theodoricus sub
Carolo Calvo Cæsare, Batavorum Comes declara-
tus, qui atrium Virginum Vestalium clarissimum
Ægemundam excitavit in Trajectensi agro. Et jam
annus agebatur nongentesimus et quartus, quum DCCCC.

Coenobium divi Benedicti in monte Calcario juxta Lüne
burgium demoliretur auctore Viperto, Virunensi antisti
te et in templum divi Michaëlis urbis nunc transferretur.
Mox anno tertio decimo institutum Cluniacense coepit.
Anno vigesimo quinto Hungari sub Henrico Cæsare tri
butum ex Thuriorum solo deposcentes, mortalium de
cimum quemq rerumq omnium, catulam ac cæsa
re auribus ac cauda populatam receperunt, ut ho
mines ipsi sibi inde sufficerent. Quare hostes irarum
pleni primo quoq tempore lucum, Thuriorum oppi
dum ad Salam amnem cum mortalium millibus
adgressi, quorum pars ad Jecheburgium Thuriorum,
pars ad Schiningium castra metati, quos conserto
prælio Cæsar decem vix suorum millibus, ope haud
dubie superna, omnes ad unum vicit ac dispalavit.
Prodita annalibus Hojeri Comitis Mannorum
ignominia tum, qui hostium multitudine exterri
tus, in partem diversam transfugerit. A Victoria
illa Cæsar Marchiones, Duces, Comites, liberos, E
quites auratos declaravit. Ludos Trojanos pri
mus nostris ostendit et ad militiæ excitamenta et
Virtutis laudem. Anno trigesimo Urbes ipse instaura
tas volens loca complurima inauguravit, à quâ re
Gosalaria ab amne monte vicino fortuitò reperiente
Rammonoloneus. Quadropolim Urbem Cæsar ipse coe
pit, et Virginum Vestalium atrio Matilde in filiam,
matrem magnam fecit, prædiaq à Comitibus Flavijs,
Gero

Geronibus, Vidijs, Rusis perpetua adscripsit. Misenam
inter hæc arcem in Albis littore statuit cum Canonio, Ger-
mania fere toto celeberrimo. Brijzam, quæ nunc Bran-
doburgium muro instaurauit, pomoerijs cinxit. Anno
trigesimo quarto Veteranos vicit. Coepere et illustem
pestate Canonici Regulares, apud Beluacenses ini-
tio celeberrimi. Sed et Humiliatorum in Gallia
Cis-Alpina institutum, tum coepit, trigesimo vero se-
ptimo Otto primus Cæsar, ejus filius Parthenopo-
lin in Albis littore muro circum dedit et interceden-
te Egitha Augusta atrium divi Benedicti ibi insti-
tuit, coetervm mutata Sententia extra Urbem
collocavit, in locum Canonicos Seculares in-
duxit, templum divo Mauritio dedicavit. Sexa-
gesimo primo ille Joannem duodecimum Ponti-
ficem maximum, coetervm Scortatorem, Pa-
trum collegio annuente exauctoravit, Leonem
nonum substituens Romanosq in illius auctori-
tatem adigens. At abeunte eo Benedictum illi
quintum explosa Leone, extulerunt, sed quem
Cæsar in exilium relegavit, qui Hammopoli hic
secundum Albim exulans multos, ut erat disci-
plinis eximijs, instituit, vita ibi functus. Octo-
gesimo septimo, quum Ottonis tertij Cæsaris Con-
junx Arrogonum Regis aut certe Bijzantini fi-
lia, equitem unum auratum aulicum deperiret,
et pellicere in complexus non posset, vim ementita,

nudato pectore et discissis comis, è Conclavi ad Cæsaris pedes supplex, ac querulabunda, humi effusa, tantum efficit, ut insonti caput amputaretur. At optimus maximus innocentiam inultam non passus, sanguinem in lac candidalum demutavit, ob quod mox igne Ultore scortum absumptum nulla relicta sobole, inde imperij optio sub Gregorio quinto ad Electores, quod à Caroli stirpe jure veluti hereditario in Saxones ante collatum, multis apud eos Seculis mansitavit. Et jam annus

M. agebatur millesimus duodecimus, quum in vico Saxonum Colæco agri Halberstadiani, nocte natalis Christiani Viri quindecim, foeminæ non amplius tris, choream contemptim saltitantes debacharentur et quamvis à Sacerdote castigati, obstinatius perseverarent. Quare ira percito Numine annum integrum sine omni alimonia continuare coacti, æramento: triba, h.e. æditiuo, dum sororculam avellere conatur, brachium totum è corpore detrahente. Extant etiamnum rei monumenta lapidea. At vigesimo institutum divi Johannis Baptistæ coepit, quorum caput Rhodus. Sexagesimo tertio Episcopatus Hammo=politanus desijt, in Bremensem sub Archiepiscopo Adelberto tralatus. Octogesimo sexto Carthusiensium institutum in agro Grationo=politano coepit auctore Brunone

none, ex Agrippina Ubiorum prognato, Theologo
Lutetiæ Parrhisina defuncti cujusdam miraculo territo.
Nonagesimo quarto Templariorum institutum Ori
ginem tulit sub Gothofredo Lotharingiorum Du
ce, quum terram fatalem cum mausolæo sacro
ab infidelium manu avelleret, tanta hostium
strage, ut ad genua usq; bellatores equi made
rent. Ab eo tempore Lotharingij Duces lemma
te se Regum Hierosolijmitarum prætitularunt,
merito pulcherrimo. Nonagesimo octavo Cister
tiensium institutum coepit in Burgundionum solo
eremo Cistertij auctore Roberto, Molinensi Ab
bate, Urbano Pontifice maximo. Nonage
simo nono Gladigerorum institutum coepit in
Lemoviorum solo, quod cum annos stetisset cen
tum et Fœdericus primus Cæsar cognomen
to Barbarossa in terra fatali Cilicum adversus
Sultanum belligeravet, unaq adesset Adolphus
Osfaciorum Comes clarissimus, cum Civibus
nonnullis Luconijs h. est Lubecanis ac Brama
nis de Religione bene meritissimis, subvivetur q;
Pestis ingens, et cives illi avis vi maxime pol
levent, Luconij inter primos Xenodocheum
circa Cæsariam, qua vulgo Accarum, institue
runt, valetudinarios intro quam plurimos re
cipientes, quos dum parave abitum coguntur

Cæsaris Sacellano, qui fuit Ducis Svevorum fi-
lius, commendarunt, à qua ve Xenodocheum illud
fratrum Teutonicorum dici coeptum, superata q
urbe intra muros receptum diva virgini sacratum
in Ordinem abijt, Coelestino Pontifice maximo adsti-
pulante, qua fama et Ptolemaide Xenodochium
simile excitatum. At hostium dein bello tumul-
tuario exacti in Borussios concesseve adversus
Academiæ Christianæ hostes Roxalinos arma
promoturi, ex quercu primo quo q tempore ar-
cem celebervimam auspicat, qua Mariæbur-
gium anno seve millesimo centesimo nonage-
simo primo, ubi Curia Magistri ordinis magni.
Et adversus dein hostes in credulos Avenue
belligerantes, quum Deum marte dubio opem
deposcerent, vetamen coelo candidum demis-
sum, superne devolitavit victoresq vedidit,
à quo facto Vesteuti tum coepere candida,
cruce in pectore furva, gladio gerosq in soda-
litium militiæ recepere, unde Teutonicorum
institutum, finibus illis etiamnum celebervi-
mum. Nec ita multo interjecto tempore Car-
melita in Syria coepere sub monte Carmelo,
Alberto Patriarcha Hierosolymitano auctore
Heliæ initio vestimento, quod colore dein esse
candido Honorius tertius esse voluit. Et jam
MC. annus agebatur millesimus centesimus quar-
tus

tus, quum Luconiorum Urbs inter Travum et
Bagnisum loco, quo Chalusum C. Ptolomæus sta-
tuit, excitatum sub Godeschalco, Herulorum, O-
betritarumq ac Vandalorum Rege, à cujus filio
Bute nomen initio sortita et mox ab altero fili-
orum Henrico ex Syritha Regis Danorum filia
prognato, qui lavarium ibi Christianum in arce
habuit, Colonia dicta magna, ob plurimos vi-
delicet, qui subito confluxerant, quum sita an-
te esset, ubi vicus Svartous circiter annum
millesimum septuagesimum tertium. Mox
à Rugijs Ducibus Critone ac Race vastata,
tralata est in locum, ubi etiamnum feliciter
extat, sub cujus foribus mons Ranorum in
memoriam Rugianorum ab Henrico Rege di-
cto, anno millesimo centesimo nono interem-
ptorum, multa dein à Vandalis pertulit. At
anno decimo quinto bellum formidalissimum
inter Henricum Cæsarem et Lotharium Sa-
xonum Ducem subortum, quo conserto præli-
o tanta mortalium multitudo defluvata
est, ut in foveas proximas interemptorum
sanguis derivaretur. Gestum prælium hoc
locis duobus ad Cotham Ascaniorum et Syl-
vulam Velphiam Mannorum, quo loco et Ar-
bor Salix. Cocodunum ter inter Martem dubi-

ûm appellavit. At dispalato ibi Cæsariano exer-
citû, dûctoreq Hojero Mannio interempto Stelidam
Saxonûm armis inscriptam erexerûnt, quam Caodû-
tûm in memoriam appellavûnt, haûdita procûl
condito Coenobio, quod Videroſtadiûm nûnc. Deci-
mo sexto divûs Bernhardûs, è nobili Burgûndio-
nûm familia ortûs, germanis senis, sorore ûna
Scholastica Clarevallense Coenobiûm excitavit,
Discipûlûs primo, mox Pater Magnûs, hoc est Ab-
bas, anno ab ingressû institûti Cisterti, qui an-
no vigesimo Præmonstratense institûtûm coepit,
à Noberto Lotharingo vero opûlento Et Caminûm
Pomeranorûm, tûm missis ante sûb Academiam
Christianam gentibûs illis, aûctore Ottone Baben-
bergense Antistite, in Episcopatûm erectûm est.
At trigesimo tertio Sidinorûm quoq Principatûs
in Christianam Sententiam pedibûs ac manibûs
ivit. Trigesimo quinto anno, qûûm nûllûm fere
esset templûm inter Herûlos, hoc est Megapoles-
ses, qui tûm Obetrita dicebantûr, Henricûs Rex
illorûm divo Johanni primûm in Urbe Lûconio-
rûm dedicavit, in arena, ûbi et ipse, frequente
milite facere divina solebat. Trigesimo septimo
Nicolotûs cûm Erico germano Danorûm Rege,
Imperio se Romano aûctoravûnt jûre jûvando pro se
et posteris, foedera à Cæsaribûs deinceps Roma-
nis

nis se receptûros. Trigesimo octavo sacellûm Lûco-
niorûm paulo ante conditûm, à Rugijs est propha-
natûm et mox à Canûto Danorûm Rege restitûtûm,
qui regnûm Herûlorûm à Lothario Cæsare, stir-
pem functam asseverante impetravit; Sed et Sego-
bregam cûm arce in Colle ille excitavit, et coeno-
bium indidem religiosorûm. Trigesimo nono Race
Rûgiorûm Princeps è stirpe Critonis Lûconios
populabûndûs aggressûs, ûrbem vastavit, arcem
occûpavit et ûniversa fere solo æqûavit. Qûa-
dragesimo Lûdolphûs Ostfaciorûm Comes Urbem
rûrsûs instaûravit. Et anno eo institûtûm vallis
ûmbrosæ coepit, Johanne Florentino aûctore.
Qûadragesimo qûinto coenobium illûd illûstre
jûxta Brûnopolim Saxonûm excitatûm, vûlgo
Ridegashûsûm, à Rhadegasio Idolo Vandalorûm.
Qûinqûagesimo primo Standalium Marcoman-
narûm è regione Tanagremûndæ inaûgûra-
tûm. Et anno eo Episcopatûs Aldenbûrgensis in
trîs abijt Episcopatûs aûctore Alberto Hamma-
politano Antistite, Megapolensem, ûbi Episcopûs
primûs Johannes à Solijmis evocatûs, Pola-
borûm, hoc est Racebûrgensium, ûbi Arisio Episco-
pûs primûs permanente Aldenbûrgij Ezone An-
tistite. Et tempestate ea Herûlorûm regnûm
ab Henrico illo Leone Saxonûm Dûce occûpatûm

et sub fidem cessit. Quinquagesimo quarto Gratianus Thusus instituti religiosi decretum à se conditum emisit. Quinquagesimo septimo institutum Heremitarum Aurelij Augustini à Guilielmo Aquitaniæ Duce coepit, qui incedere galeatus ac loricatus solebat, à qua ve sub Anastasio et Hadriano Pontificibus Guilielmitarum nomen celeberrimum, primo apud Parrhisios atrio, at obsoleto nomine eo sub Innocentio quarto Justinianum evaluit. Et anno eo Albertus Marchio Solsedianus, cognomento Ursus, Brandoburgium antiquum è manibus Herulorum ac Vandalorum evipuit, mutatoq mox titulo Marchionem se Brandoburgiensem prætitulavit. Quinquagesimo octavo Luconitorum Urbs Vulcano absumpta, cujus aream multis vix precibus ab Olfaciorum Comite Ludolpho Henricus Saxonum Dux, cognomento Leo, exoravit, ut pro sua ibi uti, liceret. Quave Urbem instaurans emporio nobilissimo auxit. Sexagesimo Princeps item Utinum oppidum à Comite impetravit et mox Antistiti Aldenburgiano donavit, à quo tempore in Civitatulæ formam id excrevit. Sexagesimo primo cum Gerolds Antistes Aldenburgianus principi illi religiosissimo supplicaret, totus ipse Episcopatus

in

in Lúconios tralatús est, cúi loca complúria addi-
dit et canoniúm prabendarúm, út appellant, bisse-
núm instituit, Prapositúm dedit. Anno dein sexa-
gesimo secúndo úrbem gliscere cúpiens, núndinúm
fieri hebdomatim die Jovio Lúniog indixit, annúis
illis desopitis. Censúit vero insúper in medio foro
ter quotannis públicitús celebrandam sessionem
Judiciariam Notario Principis locúm tenente, súb
qúo Urbis ipsíus Decúriones Judicij prastandi aúcto-
ritatem reciperent. Sexagesimo qúarto Foederi-
ci primi Cæsaris Conjúnx Romam venerabúnda
adtúra, Mediolani intercepta et asinæ imposita,
ita út candam manú ipsa teneret, posteriora fa-
cies aúgústa spectaret, ridicúlaria omnibús fa-
cta est. At Urbs ea ob ignominiam obsidione
mox septennali vallata ac coepta est, cives ad
Súpplicíúm missi. Sexagesimo nono Coenobiúm
Doberanúm à Pribislao Hervlorúm Obetritarúmq
Rege postremo excitatúm. Septúagesimo primo
Rex idem è Cisino vico Rostochiúm, Urbem núnc
celeberrimam ad Varnúm amnem inaúgúravit.
Septúagesimo sexto institútúm Grandimontense
coepit, Stephano Averno aúctore, proximeLe-
movicas, Aquitaniæ monte nemoroso, rúpibús
et crepidine múlta. Septúagesimo nono Henricús
ille Leo Saxonúm Dux potentissimús, qúo núllus

únquam in Germania interiore opulentior, sub Foe-
derico Cæsare rebellis, principum omnium consensu
ab Imperio exauctoratus est, et subditi universi foede-
re liberati. Octogesimo secundo Luconij sub Cæsa-
re Foederico primo, Camera Imperij Romani facta,
urbium maritimarum caput, extante diplomate in
memoriam aureo. Et Decurionibus Cæsar aureorum
singulorum gestandi jus dedit et ut Imperij essent
à Consilijs. Canonicos vero immunitate summa
impertivit. Octogesimo sexto atrium Reinesphel-
dianum coepit instituti Cisterty ab Adolpho Olsacio-
rum Comite. Et anno eodem Lemoviorum solum,
quorum Caput Riga sub Academiam Christianam
receptum. Solyma à Sultano capta et Christia-
nis fere interemptis, crux sancta abducta. Nona-
gesimo Bardoropolis urbs vetervima, solo Saxonum,
ab Henrico Leone illo solo æquata, demptis delubris.
Inde Lunebürgij auspicium de ruinarum saxis ac
ruderibus. Et anno eo milites Teutonici inter Bo-
rusos et Lemovios sedes recipere. Luconios Leo
obsidione cinxit, à Cæsare vix Foederico ipso re-
pressus. Anno nonagesimo secundo æs alienum ci-
vium eorum Cæsar acceptum tulit. Nonagesimo
quinto Megapolensis Episcopatus in Sverinæi nomen
transijt, Antistite primo Bernone. Nonagesimo se-
ptimo Leo vitam cum morte commutavit, Ottone, Hen-
rico,

rico, Gvihelmo liberis ſuperſtitibus, è quibus pri-
mus Cæſar lectus, alter Comes Palatinus, poſtre-
mus Dux Brunopolitanus perſeveravit. Et jam an- MCC.
nus agebatur à natali Chriſtiano milleſimus du-
centeſimus, quum Luconij à Baldomaro Duce Salo-
ſevicorum, Danorum Regis germano, hoſtiliter
diviperentur, annos ferme tris ſupra viginti, Da-
nis tributa civibus duriter imperantibus. Anno
nono ſupra ducenteſimum, ades Urbis ejus in uni-
verſum omnes vulcano abſumptæ, quinis tantum
femotioribus extantibus, à quâ clade vicus ille
quinq; domorum etiamnum. Anno decimo Sunno-
nia à Baldomaro ipſo in Urbis formam redacta
eſt, à Rugijs ante excitata et à Sunnone Cim-
brorum, ut Saxo, ut Hunibaldus, Salaciorum Rege
nuncupata. Decimo ſexto inſtitutum divi Dominici
coepit, Innocentio per inſomnium monito, Latera-
num caſurum, niſi inſtituti ejus Concionatores opor-
tune occurrerent, qui mox ab Honorio auctorati.
Decimo octavo Baldomarus, cujus paulo anteme-
minimus, Hammopolim cepit et Alberto Olfacio-
rum Comiti auri pondo quingentum divendidit.
Vigeſimo primo inſtitutum divi Franciſci adferti-
um Calendas Decembris ſub Honorio receptum. Vige-
ſimo tertio Baldomarus ipſe Danorum jam Rex Reva-
lium Heſtonum excitavit, qua Lemoviorum nunc Metro-
polis. Vigeſimo ſeptimo Luconij Federico ſecundo

Cæsari injurias dequesti, quibus à Danis divexati, ipso auctore sunt liberati, rursumq; in Imperium recepti, diplomatis aureis novis immunitatum acceptis. Trigesimo tertio praliũ formidabilissimũ inter Lũconios et Baldomarum, Danorũm regem, in plano, ut vocant, mirica commissum. Stetere diũ immota trepidaq; acies Regis auxiliaribus, Ottone Duce Brunopolitano, proceribus multis, inprimisq; Thitumeris. Lũconiorũm vero Alberto Saxonum Duce Adulpho Offaciorum, Henrico Sverino, Comitibus, Gervino Herulorum ac Vandalorum Principe simul et Gerardo Bremano Archipræsule. At diffisi sibi Tithumeri, ad Lũconios defecere, quos et Victores reddiderunt, captis ex hostili agmine Ottone Duce et Procerum manu ingenti, agre evadente Rege. Ut ita demum explosa jam Danorum Imperio, arx Regis in Urbe Lũconiorũm ea desolata, divoq; Dominico dicata. Trigesimo sexto Heliz4abetha in divorum numerum abijt, Martipoli inter Hessos Heroe magnificentissimo condita. Trigesimo octavo Visimaria Herulorum à Visimaro Vandalorum Rege, multis ante seculis coepta à Guncelino Comite Sverinæo primo, vastata jam Megapoli urbe quondam amplissima, ibi proxima in Urbis formam instaurari coepit. Quadragesimo septimo, Canonici Lũconij, orto dissidio, quum sine antistite essent, Alber-

bertum Rigium, ante Episcopum, interea antistitem declaravunt, donec Joannem ex instituto divi Franciſci deposcerent. Et anno eo coenobium divi Benedicti ex Urbe ea Cismariam remotum atq ita abeuntium, atrium à Virginibus vestalibus receptum, divi Johannis titulo. Quinquagesimo primo Vulcano iterum Urbs absumpta, à quo tempore latere et lithostratis aforatisq pompatice ad aequilibrium instaurata. Quinquagesimo tertio Burgundiam Ludovij occupavunt et diripuerunt, Arcem insuper Berfoam vastarunt, Joanne Herulorum ac Vandalorum Principe opem ferente. Sexagesimo secundo Dominum arcis ejus rursus insultantem ac latrunculos receptantem captum suspendio damnarunt, qua arx Parkentinorum nunc. Sexagesimo sexto Festum corporis Christi institutum divo Thoma Aquinate auctore, sub Urbano quarto. Anno vero eo Visimaria igni absumpta. Octogesimo Ludovij antistitem suum Burcardum cum Canonicis urbe expulerunt ob interdictum adversus observatores, qui cadaver scilicet vi è templo eorum tulissent, qualis à Jacobo de Columnis, è Patrum Collegio desopita. Septuagesimo primo Joannes Teutonicus Commentarios in Decretum vulgavit, Aedis divi Stephani Halberstadianae Praepositus. At adversus Clementem Pontificem maximum provocans honore universo exutus

est. Octogesimo primo Hammopolis deflagrata et mortalium vis simul maxima Vulcano extincta. Octogesimo sexto milites Teutonici solum Borussorum auri vi maxima à Sovabis ac Marcomannis redemerunt, nimirum, qui adversum Sarmatarum Regi acciti superioresq interempto Rege facti ipsum sibi solum stipendiorum jure desumpserant. Nonagesimo nono Sextus Decretalium à Bonifacio octavo editus, in publicum exijt, quo anno et ingens inter Lucanios et Canonicos suborta dissensio ob prata illa antiqua, qua iterum expulsi Canonici cum vita vastata. Et jam annus agebatur à natali Chri-
MCCC. stiano millesimus trecentesimus octavus, quum milites Rhodij primum inciperent institui di vi Johannis. At decimo Templarij ob facinora nefaria omnes die uno ad unum interempti. Duodecimo Ericus Rex Danorum Rostochij in Horto rosarum ludum Trojanum exhibuit, quo cersa Xisticorum millia sena quingenta. Tertio decimo Margaretha Comitis Batavorum Conjunx, matrem familias nobilem meretricij incusans, quod ter geminos peperisset, extra fatum Dei existimans, puerperio uno eodemq trecentos sexaginta sustulit, qui latice omnes sacro Academiae Christianae adsciti. Decimo nono Clementinae à Johanne vigesimo secundo Pontifice maximo in publicum prodiere. Henricus cognomento Leo, Herulorum Prin-

Princeps atriúm virginúm Vestaliúm Riberitij
excitavit. Vigesimo secúndo Gerardús ac Johan-
nes Offaciorúm Principes in Thitúmeros hostiliter
moventes, ambo occúbúere cúm armatorúm mil-
libús ferme binis, quo prælio et Proceres múlti,
Comites, Barones, liberi defidevati. Anno eo Ro-
stochiúm, qúúm in manú jam esset Regúm Dano-
rúm, sub Christophoro Rege ad Henricúm illúm
Leonem Megapolensem jure perpetúo redijt.
Vigesimo tertio Novellæ Andreanæ vúlgatæ. Qúa-
dragesimo nono Albertús ac Johannes Leonis fi-
lij, Dúces Imperij Romani facti súnt, Cæsare
Carolo qúarto. Et anno illo diffagellantiúm
hæresis pollúit. Sexagesimo qúinto Scholasti-
cúlús qúidam in Lúconiorúm Urbe hospitio
súsceptús vico molestrino semel soporatus annos
dormivit septem et mox evigilans annos súper-
vixit plúrimos. Sexagesimo nono Lúconij Da-
nos populabúndi aggressi, regem ipsorúm Bal-
domarúm ab arce Codanaviana regni firmis-
sima hostiliter expúlerúnt, nec debachari an-
te armis desierúnt, qúam primores regni obsi-
des pacis perennis fierent, Rex Scandinaviam
Insúlam, pro illatis injúrijs annis possidendam
decem Lúconijs traderet. Septúagesimo súsmo
neta aúrea Lúconijs sub Lúdovico Cæsare datúm.

Septuagesimo primo Luneburgiana Respublica mon-
tem Calcarium urbi imminentem orandi velutistu-
dio conscendentes, armis, quæ tulerant clancu-
lum, tumultum facientes, arcem occuparunt, re-
ligiosulos inde deturbarunt, quam vim ulturi
Principes finitimi, nocte Virginum millium
undenum scalis admotis urbem tentarunt, cæ-
so inter primos Siphrido à Salernijs, coeteris
dispalatis. Et anno eo Albertus Megapolen-
sis Dux primus prælio uno Principes duos ca-
stris exuit, unum Sidinorum, alterum Juliæ
Augustæ haud procul Regnitio amne. Sed et
Magnum Brunopolitanum Ducem, loco alio
belligerantem dispalavit, Comitesq duos à
Difoldijs cepit. Septuagesimo sexto Carolum
quartum Cæsarem Luconij pompa insigni ex-
ceperunt, ipsumq cum Archi=Præsule Agrippi-
no, Ducibus compluribus, Luneburgiano, Sora-
borum, Saxonum, Megapolensium, Marcoman-
no et viris ordinis Equestris plurimis dies de-
cem magnificentissime ipsa in Urbe prosecuti
sunt. Octogesimo tertio Ludovicus Archiepisco-
pus Parthenopolitanus opido Calbo choreis
ad bonam magnamq noctis partem cum puellis
comatulis indulgens, cum prætorium casum mini-
taretur evasurus præcipitium, ad gradus festina-
bun-

bundus accurreret, coeterum ruptis jam illis, puellam ipse dextra tenens et lapsitans cum mul-
tis suorum miseltus interijt. Et nescio quam simi-
lem petulantiam arbiter Deus in Antistite Mo-
guntiaco ultus. Nam quum mendicabula complu-
rima ad epulum veluti adipale hordeo quadam
excepisset, vulcano turbam miseram disperdidit.
At de Cineribus enata gliriũm multitudo auctorem
mortis in horas glisens persequuti, ne intra me-
dij quidem Rheni alveum securum reliquere,
quamvis in turri ibi profugium quæreret, cujus
extant monumenta. Octogesimo quinto opifices
ac bastazontes coeterig minores gentium ac pro-
letarij Luconiorum Urbem ipsam Offaciorum
Ducibus ut manubiarum modo participes fierent,
tradituri poenas meritas prodita re dedere, et
anno eo Leopoldus Dux Pannoniæ superiores Hel-
vetios bello ob jura avita adortus cum Principi-
bus duodeviginti occubuit. Octogesimo octavo
Albertus è Megapolensi familia Dux, Rex jam
Svevorum Oceani à Margaretha Danorum Re-
gina commisso prælio profligatus ac captus est,
annis septem duriter habitus, nec è postliminio
missus, donec mundo muliebri suorum redimere-
tur, à quâ re foeminæ turbæ equestris, hæredita-
tis retinendæ jura viventibus, nemine stirpis virilis

exstante. Nonagesimo Gymnasium Agrippinense coepit Urbano Pontifice maximo. Sedet diva Brigitta in divorum tum numerum abijt, à quâ institutum Brigittianum. Nonagesimo secundo Erfurdiense Gymnasium, Bonifacio nono Pontifice maximo, excitatum. Nonagesimo tertio Naves septem Rostochianæ ac Visimarianæ brumali glacie in regno Danorum retentæ hostium impetum complurimorum magno periculo tamdiu fortiter sustinuerunt, donec soluta glacie tranquilliter abirent. Et anno eo Albertus Rex pondo argenti millibus senis datis est emancipatus, Stockholmo urbe recepta in pignoris portionem. Nonagesimo octavo Arnesburum juxta Luconios et Marionarum juxta Rostochium Carthusiani ambo instituti coepervnt. Et
MCCCC. jam annus agebatur millesimus quadragesimus quum Baldasar Herulorum Vandalorumq; Princeps Luconios hostiliter urgeret. Et anno nonagesimo secundo Hannopolitana Urbs piratas insignes nacta, ense omnes ultore, orco demisit. Et anno eodem inter Luconios Gvilielmus quidam, fratercülus, candidus ardens, intus furvus, hæreticus deprehensus, concrematus ibi est. Anno quarto Ericus Salosavici Dux Albertus et Nicolaus, Olfaciorum Prin-
ceps

ceps Tithúmeros infeliciter adgressi, cúm armatis
pene quingentis occúbúevúnt. Octavo Consúles
Lúconij expúlsi, Consúlatús novús è popúlo lectús.
Nono idem Visimaviæ accidit, qúo anno Lipsa-
ciorúm Academia coepit. Refectorium Cano-
nicorúm Lúcaniorúm exústúm, Coenobiúm di-
væ Brigittæ ad molas excitatúm. Undecimo bel-
lúm ingens inter Sarmatas et Milites Teútoni-
cos súbortúm, qúo occúbúere Teútonici Victo-
re Vitoldo, magno Xeúrorúm Principe. Decimo
qúarto Concilium generale Constantiæ actúm.
Decimo sexto periit Constantiæ Johannes Hús
Bojemús, Hæresiarcha declaratús et mox Hie-
ronjmús, igne ambo últore. Decimo nono Gymna-
sium Rostochianúm institútúm, et anno eo Lú-
conj Bergersdorpúm obsidione ingenti vallarúnt,
Ericúm Saxonúm ac Angrivariorúm Dúcem
insúltantem, continúerúnt. Vigesimo primo Fre-
dericús et Gvilielmús germani Saxoneúm Dú-
ces, Thúriorúm Landgravij, Marchiones So-
raborúm Bojemos ad Sylvam Gabritam hostili-
a meditantes represserúnt, victoria potiti. Qúa-
dragesimo qúarto Súsatúm Ostrevonúm, qúum
annos dúcentos ferme et octoginta in Archiepisco-
pi Agrippini manú fide súmma præstitis set, ad
Adolphúm Civensem Dúcem deficit. Qúadrage-

simo quinto villico proxime Luconios filia nupti-
as faciente, incensa domo et subito praclusis igni
foribus, Luconiorum centum octoginta fumo in-
teremptorum elati, sponsis nudis evadentibus.
Quadragesimo septimo Theodoricus à Morsa Ar-
chi-Praesul Agrippinus Sufatum cum Bojemo-
rum manu ingenti hostiliter cinxit, Duce Guil-
elmo Thuriorum Landgravio, qua obsidio fru-
stra soluta, dolo, ut putant, Apellonis, Apellonis
Tammerodij equitis tunc aurati ditissimi. Quin-
quagesimo tertio Byzantium à Mahumeto Tur-
carum Imperatore obsessum, trecentis mortali-
um millibus, sicq; Urbs ea urbium omnium or-
bis pulcherrima in hostis potestatem venit. Quin-
quagesimo sexto Gymnasium Gryphoslivrense
coepit. Quinquagesimo octavo Mariaburgium
Borusco et Sarmatarum Regi à Magistro magno
divenditum, multis lacrymis relictum. Sexa-
gesimo Gymnasium Basilience coepit, quo anno
Luconij piratas circiter triginta quing ense
ultore damnarunt. Sexagesimo tertio Guil-
elmus Thuriorum Landgravius, quum habu-
isset ante Pannonum Regis filiam Catharinam
duxit Brandosteinianam ordinis equestris foe-
minam. Sexagesimo quarto expeditio in Turcas,
Pio Pontifice maximo instituta, quo Ancona subito
elato

elato, principes milite frequente pedem retrover-
terunt. Septuagesimo primo Udalricus Sarga-
tiorum Dux elatus, toxico, ut putant, extinctus.
Septuagesimo secundo Gymnasium Ingolstadien-
se coepit, quod Chrysopolitanum. Septuagesimo
quarto Carolus Burgundionum Dux Novasium in
Rheni ripa obsedit media ferme aestate. Septua-
gesimo nono Mahumetus Rhodum obsedit trieri-
bus septuagenis trimestre frustra conterens, amissa
mortalium vi maxima. Octogesimo Daci et My-
sy à Turcis bello pressi, Hydruntum expugna-
tum clade ingenti et miserabili. Apuli item à Ma-
humeto turbati, quo anno et Hammopolitani pi-
ratas quatuordecim sub Gerardo Comite Alden-
burgio ense Ultore judicavunt. Octogesimo primo
magnus Moscorum s. Roxolanorum Princeps Le-
moviorum gentem vastavit, quo anno defuncto
Mahumeto regni Constantinopolitani vigesimo se-
ptimo, mense undecimo die quinto. Bajazetus
filius major natu succesit, qui Zaliabum ger-
manum regno expulit. Regnum itaq Asiae mino-
ris, quod est Turcarum, Byzantiorumq solus ille
obtinuit. Octogesimo secundo Maria Caroli Bur-
gundionum Ducis filia, Maximiliani jam Princi-
pis Conjunx, qui Foederici tertij Caesaris filius,
è quo Venatrix excusa, fato lacrymabili interijt.

Octogesimo quinto Tridenti puellus Simeon à Judæis excarnificatus. Octogesimo sexto Carolus Dux Burgundionum Lotharingorum Ducem bello premens, ab Helvetijs auxiliaribus, apud Nasium misere occubuit, quo anno et Erfurdia incendio pene periit, die Prothasij. Octogesimo septimo magnus Moscorum Princeps Neogardiam Urbem populosissimam exspoliavit, primores in transmigrationem coëgit ad regnorum usq ultima, Conjugibus maritos alios dedit. Octogesimo octavo Hala Urbs Saxonum Civium seditione, ne dicam proditione in Archiepiscopi Parthenopolitani potestatem venit. Nonagesimo secundo facinus illud audacissimum in Christum ausi Judæi in Monte=Stellarum ditionis Hevulorum. Nonagesimo quarto lichenæ sive mentagræ Germanias infestarunt, aquis, ut putant immodicis anni superioris. Nonagesimo quinto Betica sub Academiam Christianam venit. Sed et Sophies Persarum Turcarum Imperatorem hostiliter disjecit. Palatinus bello à Guilielmo Hessorum Landgravio urgeretur, Bononia per Julium Pontificem maximum à Bentivolorum manu eripitur. Maximilianus Cæsar Bojemos Palatini auxiliares, haud ita procul Danubrio profligavit.

MD. Et jam annus agebatur millesimus quingentesimus

cum

cùm Lùdovicùs Sfortia Dùx Mediolanensis captùs, Helveticorùm videlicet dolo et in Gallias perdùctùs, ditionem ùniversam amisit, à Gallorùm Rege occù‖patam. Sed et Emmanùel Lùsitaniæ Rex, Indorùm loca nonnùlla cepit, quorùm fitùm, mores scripsit Aloisiùs Venetùs. Alexander Sextùs Pontifex ma‖ximùs Jùbilæùm pùblicavit. Josephùs Indùs res Præstani nostris denarravit. Qùinqùagesimo Jo‖hannes Danorùm Rex Tithùmeros popùlabùndùs exercitù lectissimo adgressùs, ab hostibùs fùsùs, millia sùorùm pene octo desideravit, mùltis et or‖dinis Equestris amissis. Qùingentesimo primo Philippùs Maximiliani Cæsaris filiùs, Hispanias intrat. Crùces è coelo locis Germaniarùm vari‖is labùntùr, vestimentis hærentes. Sed et Sophi‖es Persarùm Ismael vaticinio inclytùs florùit. Qùingentesimo secùndo Neapolis à Gallis capitùr, qùo anno Albibùrgiense Gymnasiùm, in Albis lit‖tore coepit. At sexto dein Francofùrdiense in‖ Vindiriga. Novo bella varia Gallias, Italiamq; tùrbavùnt. Bizantij vero Domùs innùmeræ et arces crebræ vùùnt, inter qùas Regia Imperatoris Tùrcarùm. Maximilianùs idem Veronam à Ve‖netis avùlsit, Patavium, Tervisiùm dùriter pres‖sit. Sed et Jùliùs Secùndùs Pontifex maximùs Ra‖vennam, Imolam, Faventiam, Forolivium à Ve‖

netorum manu abstulit. Verum enim vero Bernæ Helvetiorum instituti prædicatorij fratres, quum puritati Conceptionis Deiparæ Virginis obgannire studeant, et miraculo quodam nituntur, illam impurare, igni ultore poenas improbi dedere. Sed et terræ motus varij Italiam vexarunt. Duodecimo Luconij adversus Johannem Danorum regem arma hostiliter moverunt, loca plerag vastarunt. At decimo quarto Henricus Dux Brunopolitanus Senior Phrisios bello adortus, adversus Esartum illorum Comitem strenue belligeravit, coeterum ad Amisium amnem, dum incautius Martem meditatur, ictu boarda serpentaria interijt, vigilia divi Johannis Baptistæ. Decimo nono Duces Brunopolitani Ericus ac Henricus, prælium adversus Henricum Luneburgiarum Ducem, vigilia divorum Petri ac Pauli, infeliciter commiserunt, quo captus Gvilielmus Ducis Henrici Brunopolitani germanus. Undevigesimo item Carolus Philippi Hispaniarum Regis filius, Maximiliani Cæsaris nepos, Rex Romanus electus, nomine quintus, Aquas granias cum equitum millibus ferme quattuor lectissimus, auro, argento, omnivariam instratis intravit, Die octobris vigesimo primo, mox à Leone Pontifice Maximo Cæsar declaratus. Vigesimo primo Comitia in Vangionum Urbe insigniter celebravit, à mense Februario in Junium usq Legatis

tis ibi gentium diversarum. Solutis vero Comitijs, Fran-
ciscum Gallorum Regem bello adortus, in Gallias exer-
citu maximo movit, loca nonnulla illustria occupavit,
inter qua Mediolanum, Insubrum, Tornacum Nervio-
rum. Et anno eo Albertus, Magister professionis Teuto-
nicorum summus, bella, qua adversus Sigismundum
Sarmatarum Regem gessit, non sine jactura insigni
posuit. Christiernus Danorum Rex Svevos Oceani
hostiliter occupavit et parta pace Antistites aliquot,
equites auratos multos et ordinis Equestris Viros com-
plurimos orco crudeliter demisit. Ericus et Henri-
cus Brunopolitani Duces Hildesheimium Prasulem
Johannem Saxonum, Angrivariorum et Ostavo-
rum Ducem, Dioecesi ferme tota hostiliter exue-
runt. Turcarum Imperator, Pannonas et Bes-
serabas exercitu maximo divexavit, ditiones
eorum ditissimas subegit. Vigesimo secundo dogma
Martini Lutheri Viri ex instituto divi Augustini,
quum diu ante pullulasset, bonam magnam Ger-
maniarum oram pervasit.

Expressum Rostochij in aedibus
Thurijs ad Calendas Martias
Anno DXXII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0121

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0123

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0124



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0125

MARESCALCI,

Opera

varia.

Mss. Meckl.
B 109.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0126



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896445020/phys_0127



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896445020/phys_0128


Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896445020/phys_0129

Johannes nonus romanus, Patre Guado, annis de-
cem. Martinus secundus, Gallus, Patre Palumbo, anno
uno, mensibus quinis. Hadrianus tertius romanus, Pa
Benedicto anno uno, mensibus tribus. Stephanus quin
romanus Patre Hadriano annis sex, diebus nov
mosus annis quinq, mensibus sex. Bonifaci
Thuscus, diebus quindecim. Stephanus sex
nus, anno uno mensibus tribus. Roman
sibus tribus, diebus viginti ac uno. T un-
dus, romanus, diebus viginti. Joh s roma-
nus annis duobus. Benedictus q us annis
tribus. Leo Vtus diebus quadr istophorus,
mensibus septem, post quos t ctus. Sergi-
us tertius romanus, Patre annis septem men-
sibus tribus, diebus quin astasius III annis
duobus, mensibus duo romanus, mensibus
sex. Johannes unde ificis Sergij filius, an-
nis tredecim, me us, diebus tribus. Leo
Sextus roman us sex, diebus quindecim.
Johannes du omanus, annis quatuor, men-
sibus dece quindecim. Leo Septimus ro-
manus s, mensibus senis, diebus decem.
Steph s germanus, annis tribus, mensibus
qu us quindecim. Martinus tertius roma-
tribus, mensibus sex, diebus quatuorde-
cim apetus secundus romanus, annis novem
mensibus septem, diebus decem. Johannes decimus

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896445020/phys_0130